

IN OPERA

JOHANNIS CAPREOLI THOLOSANI

INDEX ANALYTICUS ⁽¹⁾

Numerus romanus indicat volumen, arabicus vero paginam. Litterae *a* et *b* primam et secundam columnam designant.

A

Quomodo praepositio *a* differat a praepositione *per*? II, 334, a

AB AETERNO

Distinctio rationis potest esse actu ab aeterno. I, 392, a.
 Utrum ex positione mundi ab aeterno sequatur infinitas animarum rationalium in actu? III, 8, b-11, b-21, a-25, a.
 Dato quod mundus esset ab aeterno, differrent creatio et conservatio penes habitudinem ad diversa. III, 13, a.
 Si aliqua creatura esset ab aeterno, non propter hoc assimilaretur Filio Dei. III, 13, a.
 Si mundi pars fuisset ab aeterno, in nullo instanti fluente et in nullo determinato situ fuisset primo creata. III, 19, a, usq. ad 21, a.
 Si mundus fuisset ab aeterno, non sequitur quod Deus potuisset creare infinitos lapides propter infinitatem dierum. III, 24, a.
 Actionem Dei esse ab aeterno, non autem effectum ejus, nihil dicere prohibet. III, 49, a.
 Haec propositio, *Creatio activa Petri est ab aeterno*, juxta quosdam est concedenda; non vero ista, *Ab aeterno est creatio activa Petri*. III, 50, b.

ABLUTIO

Ablutio corporum et prolatio verborum simul esse debent in Baptismo. VI, 38, a.

ABSOLUTIO

Secundum quod homo participat totaliter vel non totaliter virtutem passionis Christi, percipit plenariam vel non plenariam absolutionem a reatu poenae. VI, 296, a.
 In quonam sensu absolutio et confessio sunt minus necessaria ad poenitentiam quam contritio et satisfactio? VI, 355, a et b.

Si saltem post absolutionem contritio non sequatur attritionem, erit quidem sacramentum, sed sine fructu. VI, 386, a.

Non est necessarium quod confitens semper absolutionem de omnibus peccatis confessis recipiat per unum et eundem. VI, 387, a.

Etiamsi sacerdos non possit dare absolutionem de omnibus peccatis, tenetur tamen confitens omnia eidem confiteri. VI, 387, a.

Necesse est prius absolvere ab omni excommunicatione quam a peccatis. VI, 392, a.

A reservatis potest absolvere inferior, quando is cui reservantur, etiamsi non sit ordinarius, non vult absolvere, sed remittit ad confessorem ipsum confitentem. VI, 392, a.

Ad absolutionem a peccato requiritur duplex potestas. VI, 395, b.

Sacerdos potest absolvere et ligare poenitentem secundum proprium arbitrium divino instinctu regulatum, aliter non. VI, 395, b.

Quod quilibet sacerdos possit quendibet absolvere ab omni ligamine in articulo mortis, est de jure divino, secundum Petrum de Palude, et Durandum. VI, 400, a.

Absolutio sacramentalis et absolutio indulgentiae aliter et aliter tollunt poenam. VI, 411, a.

Licet sit majus absolvere a culpa quam a poena, non tamen sequitur quod cuicumque committitur primum, committatur secundum. VI, 412, b.

Eadem est sacerdotis potestas qua conficit et absolvit. VI, 477, b.

ABSOLUTUM

Absolutum dupliciter. I, 60, a.

Conceptus entis est absolutus. I, 134, a.

Bonus in sua ratione non est mere absolutum. I, 401, b = IV, 379, a.

Absolutus numerus est actio animae numerantis. II, 205, b.

Absolutus numerus qui ponitur in divinis, est ens fabricatum ab anima. II, 208, b.

(1) Ad hunc indicem conficiendum usi sumus equidem tabula Fr. Bartholomaei Spinai, quae in editione 1514 et subsequentibus reperitur. Multa tamen adjunximus, prout necessitas postulaverat; alia vero, utpote minus utilia, dempsimus. Ordo autem noster diversus: distributa nempe unaquaque materia juxta seriem litterarum alphabeticarum, eam secundu[m] ordinem quo in decursu operis tractatur, inscripsimus.

Non per aliquid absolutum distinguuntur ab invicem persone divine et constituuntur in esse personali. II, 215, a.

Utrum divine persone aliquibus proprietatibus relativis aut absolutis constituantur? II, 217, a-223, a.

Non est in divinis aliquid suppositum absolutum. II, 225, b-226, a.

In divinis persona constituitur per rem relativam, conceptam tamen per modum absoluti. II, 226, b.

Utrum relatio sit entitas distincta ab absolutis entitatibus? II, 289, a-304, a.

Ad cognoscendum an aliqua forma sit absoluta, non oportet attendere ad nomen quo significatur. II, 304, a.

Quamvis quadam absoluta prædicentur de relatione in abstracto, non sequitur tamen quod sit quid absolutum. II, 304, a.

Terminus relationis realis est quid absolutum. II, 317, a.

Omne relativum non solum habet relationem, sed etiam aliquam essentiam absolutam. II, 345, b.

Utrum actus intelligendi nihil absolutum addat ad potentiam? II, 355, b-364, b = III, 258, b-280, b.

Non est generaliter verum quod omnium absolutorum, etiam realiter distinctorum, Deus possit unum conservare, alio destructo. II, 557, a.

Sola accidentia absoluta et completa habent subjectum sibi adequatum. III, 137, a = IV, 144, b.

Utrum tempus aliquid reale absolutum dicat supra motum? III, 172, b-197, b.

Nullum accidens absolutum immediate inheret materie primæ. IV, 20, b.

Utrum omne absolutum prius alio absoluto, et distinctum realiter ab illo, possit absque contradictione esse sine illo? IV, 22, a-29, a et b; etc.

Nulla relatio realis potest quacunque virtute manere separata a quolibet absoluto. VI, 261, a.

ABSTINENTIA

Solemne votum abstinentiæ a cibis potest recipere dispensationem. VI, 536, a.

ABSTRACTIO

Secundum diversam abstractionem a materia et motu, scientiæ speculative distinguuntur. I, 35, b.

Abstractio ab oppositis differentiis duplex. I, 131, a.

Quid abstractio et quid concretio importent? I, 306, b.

Duplex abstractio intellectus, et differentia inter eas. II, 231, b = III, 236, b.

Abstractio totius a partibus est abstractio universalis a particulari. III, 237, a.

Qualis sit abstractio intellectus agentis a phantasmate? III, 325, b.

Visio imaginaria semper fit cum aliqua abstractione a sensibus. VII, 276, a.

Abstractio a sensibus in prophetia differt ab aliis abstractionibus a sensibus. VII, 276, a.

ABSTRACTIVUM

Utrum angelus accipiat notitiam abstractivam a rebus? III, 262, b-265, b.

Cognitio que a quibusdam vocatur abstractiva, quamnam sit apud S. Thomam? III, 474, b-496, b.

Cognitio primi hominis de Deo per speciem influxam fuit abstractiva. IV, 194, b.

Cognitio abstractiva æquivalet cognitioni quid est, et notitiæ simplicis intelligentiæ. IV, 196, b.

Qualis absentia objecti faciet abstractivam notitiam? IV, 196, b.

Cognitio abstractiva habita de Deo a viatore est minus perfecta quam intuitiva. IV, 197, b.

Non omnis abstractiva notitia præsupponit intuitivam. IV, 198, b.

ABSTRACTUM

In creaturis abstractum et concretum prædicantur de se invicem in formis generalibus, non autem semper in formis specialibus seu in genere contentis. I, 228, a.

Abstractum et concretum diversimode significant eandem essentiam. I, 231, a.

In substantiis spiritualibus creatis abstractum non prædicatur de concreto. I, 231, a.

Utrum abstractum sub ratione abstracti importet principia differentia? I, 232, b-235, a.

Natura in abstracto significata non est genus neque species. I, 234, a.

Abstractum de genere substantiæ non eodem modo individuatur ac concretum. I, 234, b.

Quomodo abstractum, puta humanitas, sit pars formalis individui? I, 235, a.

Abstractum non habet aliquid extraneum, quod videlicet sit præter essentiam suam; secus concretum. I, 236, a-308, b.

Abstractis nihil competit per accidens. I, 307, b.

Abstractum est id quo solo et quo toto suum concretum est tale. I, 309, a.

Abstractum et concretum non differunt solum grammaticaliter, sed etiam realiter in multis. I, 325, a.

Intentio potest sumi et in vi unius abstracti et in vi concreti. II, 183, b.

ABSTRAHERE

Intelligere abstrahit a produci et identificari intellectui. II, 365, a.

Totum non potest abstrahi a quibusdam partibus. III, 237, a.

Utrum angelus possit abstrahere species a creaturis? III, 261, a et b-291, a et b.

Intellectus angelicus non dicitur agens, non quia non abstrahit species, sed quia non potest eas abstrahere. III, 291, a.

Abstrahere speciem a phantasmatibus non arguit perfectionem in intellectu simpliciter. III, 291, b-292, a.

Intellectus agens facit universale non intelligendo, sed abstrahendo. V, 96, b, et inde.

ACCIDENS

Diversimode in diversis accidentibus contingit fieri augmentum. I, 33, b.

In accidentibus non reperitur ratio vestigii. I, 176, a.

Accidens non proprie creantur. I, 176, a.

Accidens non est proprie ens, nec proprie unum. I, 176, b = IV, 114, b-115, b.

Accidens non habet proprie virtutem aut operationem. I, 176, b.

Quolibet accidente non potest spoliari substantia creata. I, 185, a.

Quomodo unum accidens possit esse subjectum alterius, et quomodo non? I, 204, b-211, a = V, 82, a = VI, 33, a-93, b-264, a.

Improprie dicitur quod accidens sit agens instrumentale, licet sit instrumentum agentis. I, 205, b.

Accidens non proprie mutatur, sed est id quo. I, 211, a.

Actus cujuscunque potentie operative create est accidens. I, 212, a.

Accidentia inveniuntur in substantiis spiritualibus creatis. I, 234, a.

Accidens præter rationem speciei dupliciter sumitur. I, 231, a = V, 107, b.

Utrum accidentia includantur in significatione individui rerum materialium? i, 232, a et b-234, a-236, b.

Quomodo diffiniatur accidens in concreto, et quomodo in abstracto? i, 236, a.

Quaedam accidentia nil faciunt ad constitutionem *esse* suppositalis, quaedam vero ad tale *esse* habent causalitatem. i, 240, a.

Utrum plura accidentia ejusdem speciei possint simul esse in eodem subjecto? i, 287, a et inde-296, b et inde.

Qualis sit divisio entis in substantiam et accidens? i, 321, b.

In quonam sensu *esse* dicitur accidens ejus cuius est? i, 321, b-322, b-323, b = iv, 408, b = v, 409, a.

Quomodo *esse* accidentium reducatur ad predicamentum accidentium? i, 322, b, et inde.

Ex subjecto et accidente non fit unum per se. i, 343, b-344, a = iii, 238, b.

Deus non potest transferre aliquid accidens de subjecto in subjectum. ii, 308, a et b.

Accidentia per se, non habent in Deo ideam aliam ab idea subjecti; secus de accidentibus per accidens. ii, 411, a.

Potest dici quod nullum accidens introducit formam substantialem, sed ejus subjectum. ii, 435, a.

Actualis inherencia, seu esse in subjecto, non est de essentia accidentis, sed modus ejus; nec *esse* accidentis est inherere seu inesse. ii, 518, b = iv, 452, b = vi, 264, b.

Accidens separatim, si esset, non ageret in subjectum suum, transmutando ipsum. ii, 533, a.

Utrum creatio passiva sit accidens inherens creature? iii, 35, a-55, b-56, a.

Quonam sensu substantia sit prior accidente? iii, 57, a-232, a-233, b.

Deus non potest separare accidens a suo subjecto in primo instanti in quo ipsum producit. iii, 99, a.

Non est verum, nec de mente Philosophi, quod omne accidens habeat subjectum sibi adequatum; sed sola accidentia absoluta et completa. iii, 437, a = iv, 444, b.

Accidentia et materia sensibilis sunt de ratione rei naturalis. iii, 231, a-232, b-234, b.

Sine accidentibus non potest forma substantialis remanere in materia. iii, 234, a.

Accidens trahit ad suam rationem subjectum, in quo tamen habet esse per modum subjecti. iii, 454, b.

Nullum accidens absolutum immediate inheret materiae primae, sed composito vel formae substantiali. iv, 20, b.

Materia est subjecto ratio substandi accidentibus, non autem proximum subjectum. iv, 38, a-39, b.

Nec accidens, nec motus per se et directe suum subjectum perimit. iv, 40, b.

Non omnia accidentia consequentia animam possunt per illam reparari. iv, 76, a-77, a.

Utrum idem accidens numero manere possit in corrupto, quod fuit in genito? iv, 84, a.

Quomodo anima determinetur ad accidentia cadaveris? iv, 85, b-86, a.

Proprium accidentis est esse secundum quid. iv, 114, b.

Esse accidentis non trahitur ad *esse* totius compositi; sicut *esse* partium. iv, 114, b.

Primum inter accidentia, et subjectum aliorum est quantitas. iv, 126, b = vi, 250, a.

Utrum aliquid accidens sit aliqua realitas in se terminata? iv, 135, a-150, a.

Accidens quomodo habeat essentiam, et quomodo non? iv, 137, a-153, b.

Eo modo quo accidens potest esse subjectum accidentis, est etiam susceptibile contrariorum. iv, 143, b.

Subjecti ad accidens est triplex comparatio. iv, 143, b-144, a.

Non omne accidens est divisibile ad divisionem sui subjecti divisibilis. iv, 144, b.

In quonam sensu accidentia in Eucharistia subsistunt per se? iv, 145, b.

Accidentia in sacramento Eucharistiae sunt composita ex *esse* et *quod est* post consecrationem, non autem ante. iv, 149, a.

Accidens non est idem realiter cum suo subjecto. iv, 152, a.

Inherencia accidentis ad subjectum implicat duo. iv, 152, b.

Opinio Aureoli quod accidens non sit res distincta a subjecto, deducit ad haeresim; ad opinionem antiquorum quod omnia sint unum, et est expresse contra Aristotelem et Commentatorem. iv, 154, a.

Omne accidens naturale causatur a forma et materia. iv, 160, a.

Accidens conveniens alicui naturae ex influentia superioris tantum, non potest ei esse connaturale. iv, 186, b.

Nullum accidens disponens potentiam, seu cum ea concurrens ad actum producendum, est medium recipiendi eundem actum in potentia. iv, 226, a.

Proprium subjectum accidentis coequatur ei. iv, 356, a.

Accidens potest esse finis substantiae, et e converso. v, 79, b.

Aliquid accidens potest esse nobilius substantia secundum quid. v, 79, b-346, a.

Id quod advenit alicui post *esse* completum, accidentaliter advenit: quis sensus? v, 124, a.

Quod attribuitur uni accidenti ut est in subjecto cum alio, potest illi alii attribui. v, 247, b.

Accidens proprium potest poni in aliqua diffinitione, non autem accidens commune. vi, 45, a.

Inter accidens et subjectum est aliqua relatio. vi, 172, a.

Accidentia naturalia non deerunt corpori glorioso. vi, 177, b.

Accidens converti in accidens est difficilius quam substantiam converti in substantiam. vi, 179, a.

In Sacramento Eucharistiae remanent accidentia panis sine subjecto quod sit substantia, et aliquid accidens sine subjecto simpliciter. vi, 249, b.

Accidens idem numero non potest transmigrare de subjecto in subjectum. vi, 250, b.

Utrum aliquid accidens relativum possit per se esse sine subjecto? vi, 254, b-261, a.

Utrum omne accidens Deus posset a subjecto separare? vi, 255, b-259, b-266, b.

Utrum accidens sit semper in actionibus naturalibus immediatum principium actionis? vi, 266, a-266, b.

Accidentis *esse* est *in esse*, quis sensus? vi, 264, b, et inde.

Quodlibet accidens habet proprium genus et propriam differentiam. vi, 265, a et b.

Ad diversa sua accidentia diversimode se habet subjectum. vi, 267, b.

Accidens agere in virtute substantiae, quid? vi, 270, a.

Accidens corrumpitur ad corruptionem subjecti, quis sensus? vi, 275, b, et inde.

Omnia accidentia singularium anima separata cognoscit. vii, 272, a.

ACCIDENTALE

Accidentales formae sunt simplices. i, 343, b.

Quare, variato *esse* accidentali, non semper corrumpitur subjectum? ii, 126, a.

Accidentalis bonitas creature augeri potest, non vero essentialis. ii, 137, a.

Accidentalis forma, etiamsi tota desinat esse, non tamen annihilatur. iii, 112, a.

Quomodo aliqua accidentales formae possint praetelligi formae substantiali in subjecto? iv, 14, b-20, a.

Substantialis forma immediatus inheret materiae quam accidentalis. iv, 19, b-21, a = vi, 189, a.

Formae substantialis ad accidentalem convenientia et differentia. iv, 20, b-53, a = vi, 189, a et b.

Cur sit accidentalis forma quae advenit enti in actu? iv, 143, b.

Accidentalis forma potestne praecedere in materia formam substantialem? iv, 142, a et b-159, b.

Accidentale primum et accidentalis poena respondent actui exteriori. iv, 476, b-482, a et b.

Non est accidentalis unio humanae naturae Filio Dei, v, 50, a-156, b = vii, 42, b.

Accidentale compositum, resultans ex substantia et accidente, non est essentia completa. v, 80, b.

Tale compositum accidentale non est ens aut unum per se, sed per accidens. v, 81, b.

Quomodo natura humana in Christo plus vel minus det esse quam formae accidentales? v, 119, a.

ACQUISITUM

Acquisitae virtutes et infusae differunt; et quidem specie distinguuntur. iv, 256, b = v, 410, a.

Acquisita scientia in Christo fuitne perfecta? v, 184, a-207, b-208, a.

Acquisita scientia Christi non est ejusdem rationis ac ejus scientia infusa. v, 206, a.

Per scientiam acquisitam, quae et quot poterat Christus cognoscere? v, 206, a-208, a.

Secundum scientiam acquisitam Christus profecit. v, 206, b.

Ad scientiam acquisitam Christi cooperabatur ejus scientia infusa. v, 208, a.

ACTIO

Actio et passio non differunt secundum substantiam motus, et ob hoc sunt idem realiter. i, 153, a = iii, 27, b.

Ad actionem non eodem modo concurrunt agens universale et particulare. i, 267, b.

Differentia inter actionem praedicamentalem et divinam. i, 361, a = iii, 28, a.

Actio quid importet secundum primam nominis impositionem? ii, 2, a-236, a.

Actio infert ex se passionem; quis sensus? ii, 2, a-474, b = iii, 28, a = vi, 368, b.

Utrum actiones et passionem seipsas formaliter distinguantur? ii, 46, b-51, a.

Actiones habent speciem et differentiam a re alterius generis. ii, 51, a et b-52, a.

Intellectus noster non potest concipere propriam rationem cujuscunque actionis, nisi concipiat terminum ad quem vel a quo est. ii, 51, b.

Actiones sunt suppositorum; quis sensus? ii, 225, b, etc. = v, 162, a.

Actio in divinis non dicit rem de praedicamento actionis, sed potius divinam essentiam cum relatione reali vel rationis. ii, 235, b = iii, 27, a-28, a-54, a.

Etsi omnia sint in Deo sine fluxu, possunt tamen plura in eo absque falsitate per modum actionis intelligi. ii, 240, a.

Terminus actionis est melior ea; quis sensus? ii, 250, a-258, a.

Per actiones immanentes nihil producit; quis sensus? ii, 256, b.

Actio intellectus non cessat, verbo producto. ii, 258, b.

Actio est in passo; quis sensus? ii, 300, b = iii, 58, a.

Actio cause primae nullo modo debet dici contingens, sed libera. ii, 446, a.

Quomodo actionis divina principium sit potentia divina? ii, 493, b-494, a-506, a et b.

Non ita proprie dicitur actio in divinis sicut substantia et relatio. iii, 26, b-27, a-28, a.

Unam rem esse causam actionis alterius, quadrupliciter. iii, 31, a.

Utrum actio qua Deus ponit immediatam creaturam in esse elicitive sit actio transiens de genere actionis? iii, 32, a et inde-48, b, et inde.

Utrum actio sit in agente? iii, 37, b, et inde-59, a, et inde.

Utrum actio denominet agens denominatione extrinseca? iii, 38, b-60, b.

Actionem Dei esse ab aeterno, non autem effectum ejus, nihil dicere prohibet. iii, 49, a.

Actio agentis per voluntatem dupliciter. iii, 49, b.

Quomodo intelligendum sit actionem divinam transire in passum? iii, 52, a.

Posita actione, non semper sequitur effectus, sed secundum exigentiam formae, quae est actionis principium. iii, 52, b-53, a.

Non omnis actio praedicamentalis est motus, vel fundata in motu; quis sensus? iii, 57, b.

Potest dici quod actio sit eadem et non eadem motui, secundum diversa. iii, 58, a et b.

Quomodo actio est in agente et in passo, secundum diversa quae in sua ratione includuntur? iii, 58, a et b-59, a et b.

Actio et passio sunt idem subjecto et non diffinitione, seu supponunt pro eodem, sed connotant diversa; et ob hoc dicuntur quandoque differre quidditative et esse diversa accidentia et in diversis subjectis. iii, 58, b-59, a.

Actionum quaedam transiens, et quaedam immanens. iii, 60, a-132, b-255, b = iv, 228, b.

Actio immanens est in agente, transiens autem in passo. iii, 60, a.

Relatio importata in ratione actionis est subjective in agente. iii, 60, b.

Actio et passio non possunt esse in eodem respectu ejusdem. iii, 60, b.

Quomodo actio secundum diversa denominet diversimode agens et patiens? iii, 60, b.

Ista non est concedenda, *Actio est passio*; nec ista, *Agere est pati*. iii, 61, a.

Utrum ista sit concedenda, *Actio et passio differunt numero*? iii, 61, a.

Actio et passio est idem cum forma quae acquiritur per motum; et quomodo? iii, 61, a, et inde.

Unde sumatur ratio praedicamentorum actionis et passionis? iii, 63, a.

In actionibus, ad quid instrumenta? iii, 86, b.

Utrum de ratione actionis creaturae sit motus vel mutatio? iii, 89, b-99, a-99, b-100, b.

Modus actionis principaliter consurgit ex parte materiae in quam agens agit. iii, 107, a.

Cujuslibet entis per participationem actio est cum motu et mutatione. iii, 108, a.

Cur actio entis per participationem praesupponat semper materiam? iii, 108, a et inde.

Actio transiens est in agente ratione relationis originis tantum. iii, 132, b.

Non est necessarium duas actiones terminari ad duos terminos secundum numerum. iii, 251, a.

Actio cujuscunque creaturae non est sua substantia. iii, 253, b.

In actione immanente objectum manet in agente; secus in transiente. iii, 255, b.

Intelligere est vera actio, non se habet sicut vera passio. iii, 287, b.

Omnis actio reducitur ut in principium in aliquam formam quae est in agente. iii, 458, a.

Cur actio angeli limitetur ad certum effectum? iii, 458, b-462, a.

Duae sunt actiones voluntatis angelicae. iii, 461, a.

Actio corporis duplex. iv, 42, a = vi, 40, a.

Duorum agentium, quomodo possit actio unius terminari ad materiam, et alterius ad formam? iv, 72, a.

Actio cujuslibet entis creati dependet a Deo quantum ad duo. iv, 283, a.

In actione humana quadruplex bonitas considerari potest. iv, 301, a et b-440, a.

Una et eadem actio potest successive esse bona et mala. iv, 456, a-458, b-463, b.

Triplex actio invenitur in conceptione prolis. v, 42, a.
 Quae actiones in femina necesse habent concurrere, ad hoc quod sit mater? v, 42, a-47, b.
 Utrum ex hoc quod actio Dei ad extra est infinita sequatur quod effectus ejus sit infinitus? v, 66, a et b-72, a.
 Actio cujus principium est natura assumpta plus imputanda est supposito assumpti quam non assumpti, vel quam actio naturae non assumptae. v, 162, a.
 Actio ejus quod movetur ab aliquo, duplex, v, 163, a.
 Actionem oportet mensurare non solum secundum formam, quae est principium actionis, sed etiam secundum subiectum. v, 201, a.
 Actio vel passio quae attribuitur uni principio vel accidenti ut est in subiecto cum alio, potest attribui illi alii. v, 247, b.
 Duplex actio competit causae instrumentali. vi, 3, b.
 Ad actionem naturalem, etiam violentam, figura et quantitas per se concurrunt. vi, 51, b.
 Actio annihilativa dupliciter. vi, 98, b.
 Utrum in actionibus naturalibus immediatum principium actionis semper sit accidens? vi, 256, a-266, b.
 Actio potest esse non conveniens fini, tam principali quam secundario, dupliciter. vi, 515, b.
 Utrum, si actio non est una, sequatur quod nec terminus actionis possit esse unus. vii, 18, a et b.
 Non omnis actio vel passio cujus principium est corpus naturale, est naturalis. vii, 109, b.

ACTIVITAS

Activitas non est de ratione memoriae. i, 219, b.
 Forma per se subsistens potest aliquam activitatem tribuere intellectui angelico. iii, 308, b.
 Ordo tam in activitate quam in actualitate corporum inferiorum ad superiora, et corporum absolute ad spirituales substantias. iv, 42, b-43, a.

ACTIVUM

In divinis, ad distinctionem activarum productionum, distinctio rationis sufficit. i, 280, b.
 Activa creatio, quid? ii, 236, a = iii, 26, b.
 Utrum perceptio creaturae sit formaliter aliquid activum a potentia perceptiva? ii, 356, a et inde-365, a et inde.
 Duplex potentia: activa scilicet, et passiva. ii, 505, a.
 Activa creatio et activa conservatio sunt eadem Dei actio secundum rem, et ratione tantum distinguuntur. iii, 28, b-29, a.
 Activa creatio est ne actio transiens? iii, 32, a et inde-48, b et inde.
 Activa potentia et passiva relative dicuntur ad invicem, et mutuo se definiunt: in quonam sensu? iii, 45, b-79, a.
 Activa productio creaturae, quomodo est aeterna vel temporalis? iii, 68, b.
 In quonam sensu activa potentia sit principium transmutandi aliud in quantum aliud? iii, 78, a-289, a = iv, 220, b-224, a.
 Non omni activae potentiae aliqua passiva correspondet. iii, 79, a.
 Potentia executiva in nobis estne activa? iii, 461, b.
 Voluntas estne activa potentia respectu proprii actus? iv, 202, a-207, b et inde usq. ad 211, b-220, b et inde.
 Activa potentia, ut sic, est nobilior passiva, licet quandoque sit e contra. vi, 39, a = vii, 267, a et b.
 Character sacramentalis estne potentia activa? vi, 84, a et b-85, a et b-98, a-101, a.

ACTUALE

In actuali peccato quid est formale, quid materiale? iv, 331, a.

Tam defectus actualis quam potentialis est causa peccati. iv, 403, b.
 In omni actuali peccato requiritur aliquis actus. iv, 408, a.
 Tripliciter actuale peccatum veniale arguit majorem maculam quam originale. v, 36, a.
 Per actuale peccatum inhabilitantur anima et ejus potentiae ab bonum. vi, 459, a.

ACTUARE-ACTUATIO

Esse non virtute prioris actus actuat materiam vel subiectum, sed per seipsum; forma vero per esse. iv, 151, a.
 Licet actuatio formae sit aliud a forma, tamen actuatio esse non est aliud ab esse. iv, 151, b.
 Proprie loquendo actuatio non actuat. iv, 151, b.
 Utrum forma actuans sit constitutiva tertiae entitatis, vel solum hoc faciat forma partis? v, 68, b-78, b.
 Utrum possibile sit formam absque informatione actuare? v, 70, b-83, b.

ACTUS

In quo genere causae objectum distinguat potentias, actus et habitus? i, 19, b.
 Actus distinguuntur penes formales differentias objectorum. i, 35, a et b, et inde.
 Tres actus realiter differentes habet voluntas respectu finis. i, 61, a-62, b-63, a.
 Actus simplex potentiae, quis et qualis? i, 61, b.
 Actus voluntatis duplex: naturalis et electivus. i, 63, a-94, a-268, b = iii, 438, b, et inde.
 Non in aliquo actu voluntatis consistit essentialiter beatitudo. i, 63, b = vii, 145, b.
 Utrum inter actus non essentialiter ad beatitudinem pertinentes, actus praecipuus sit delectatio de fine habito? i, 71, b, et inde-87, a, et inde.
 Non omnis actus voluntatis est velle vel nolle. i, 77, b.
 Utrum eodem actu voluntas possit ferri in finem et in ea quae sunt ad finem? i, 78, a et inde.
 Actus voluntatis potest ferri in finem dupliciter. i, 79, b.
 Idem actus potest esse velle respectu unius, et nolle respectu alterius; non autem potest idem actus respectu diversorum esse timor et desiderium, tristitia et gaudium. i, 80, a.
 Omnis actus beatificus ordinatur ad visionem sicut ad finem ultimum. i, 83, b, et inde-87, b.
 Actus essentialiter beatificus non est ille qui ultimate Deus attingitur. i, 87, b.
 In quolibet actu, tam virtutis quam peccati, est quedam deductio quasi syllogistica; et quomodo in utrisque? i, 94, b = v, 433, a-435, a.
 Actum esse idem numero cum potentia, impossibile est. i, 190, a.
 Utrum et quomodo sit possibile, unum omnino indistinctum re et ratione, esse principium actuum distinctorum? i, 200, a et b-212, b-213, a.
 Actus cujuslibet potentiae operativae creatae est accidens, licet formalis terminus generationis sit substantia. i, 212, a.
 Actus vitalis, quid sit? i, 215, b.
 Qui actus diversificent potentias? i, 216, a.
 Actus primi, non vero actus secundi, essentia sub ratione essentiae est principium. i, 259, b-281, b.
 Aliqui actus naturaliter a voluntate producuntur, aliqui libere et contingenter. i, 260, a-261, b-268, b.
 Omne quod proprie est in genere, habet actum admixtum potentiae. i, 332, b.
 Actus et potentia propria semper sunt ejusdem generis; quis sensus? i, 342, a.
 Potentia ad actum non praerexigit aliam potentiam. i, 345, b.

Objectum in potentia praecedat actum potentiae; non autem objectum in actu. I, 355, b-356, a.

Genus dicit formam mediam inter potentiam et actum. I, 357, a.

Actus triplex. II, 4, b.

Actus meritorius necessario requirit gratiam creatam in anima eliciente vel producente huiusmodi actum. II, 74, a.

In actu morali est triplex bonitatis gradus vel malitiae. II, 82, b.

Inclinatio qua potentia inclinatur per habitum, est actus primus, significatus per modum actus secundum. II, 83, b.

Potentia respicit substantiam actus, habitus vero modum. II, 85, a.

Quomodo actus disponit ad augmentum charitatis? II, 123, a et b-127, a et b.

Actus vitiosus est dispositio ad augmentum vitii. II, 128, a.

Omnis actus diligendi Deum, possibilis a nobis haberi, continetur virtualiter in nostra voluntate, quantum ad substantiam actus, non autem quantum ad omnem modum. II, 136, b.

Utrum actus totum quod potest causare de habitu, causet in primo instanti sui esse? II, 138, b-142, a.

Non quilibet actus auget habitum, sed quidam disponunt. II, 142, b.

Cur actus remittens remittit habitum in primo instanti, et non in omnibus sequentibus? Et idem de intensione. II, 142, b-143, a.

Unde est quod per diuturnitatem actus augetur habitus? II, 143, a.

Antequam actum inducat, agens naturale disponit passum ad recipiendum actum. II, 144, a.

Eodem actu fertur intellectus in verbum, et in rem per verbum representatam. II, 254, a.

Unde est quod nomen actus quandoque convenit potentiae et habitui, quandoque vero non? II, 361, a et b-iv, 442, a.

Actus divinae scientiae non habet ad scitum eandem habitudinem quam habet actus voluntatis ejus ad volitum. II, 469, b.

Actus duplex. II, 505, a.

Actus non finitur nisi dupliciter. II, 525, a.

Nullus actus divinae voluntatis dicitur proprie dolor vel tristitia, spes vel desiderium, timor vel poenitentia, ira aut invidia. II, 565, b-566, a et b.

Aliquis actus divinae voluntatis habet rationem gaudii vel delectationis. II, 567, a.

Potentia logica non conjuncta actui potest non praecedere actum suum. III, 23, a.

Non omnis potentia est principium sui actus. III, 54, b.

Cujus est potentia, ejus est actus; quis sensus? III, 59, b.

Simul et unico actu angelus potest cognoscere omnes species numerorum. III, 299, a-332, b-333, a.

Quem actum non contingat a rectitudine declinare? III, 334, b.

In actu liberi arbitrii dupliciter contingit esse peccatum. III, 334, b = v, 400, a.

Utrum primus actus inordinatus voluntatis diaboli fuerit velle amicitiae respectu sui? III, 342, b-354, a.

Non in quocumque instanti sunt omnes causae alicujus actus, potest actus elici. III, 343, b-355, a.

Utrum primus actus naturae productae imputetur producti? III, 344, a-345, b-355, a-357, a.

Utrum per quemlibet actum meritorium angelus acquirat beatitudinem? III, 347, b-360, b.

In actu carente debitis circumstantiis est peccatum. III, 350, a.

Quantum ad intensionem actus, appetitus potest excedere apprehensionem. III, 352, a.

Primus actus voluntatis angelicae magis videtur fuisse naturalis dilectio sui quam electiva dilectio Dei. III, 358, a et b-449, b.

Actus peccati quo primo diabolus peccavit, potuit habere plures deformitates. III, 350, a et b.

Idem actus liberi arbitrii potest esse preparatio ad gratiam, meritorium gloriae, et actus fruitionis. III, 362, a.

Quod aliquis actus in aliquo instanti esse non possit, potest dupliciter contingere. III, 363, b.

Post primum actum charitatis angelus bonus fuit beatus beatitudine ultimata. III, 364, a.

Utrum aliquis actus liberi arbitrii possit fieri in instanti? III, 364, b, et inde-369, a, et inde.

Utrum sit necessarium actum liberi arbitrii produci in instanti? III, 367, a, et inde-373, b, et inde.

Utrum actum suum angelus, possit subito suspendere? III, 368, b-377, a.

Unde consurgat necessitas continuationis et specificationis actus circa aliquod objectum? III, 435, a.

Aliquem actum bonum, non tamen meritorium, potest habere diabolus, et quilibet damnatus. III, 445, b-448, b.

Actus voluntatis est magis occultus alteri a volente quam actus intellectus. III, 472, a.

Actus omnium virium organicarum angelus cognoscere potest. III, 476, b.

Potentia, quantumcumque pura, determinat sibi aliquem actum in genere. IV, 14, a.

Actus est simpliciter prior potentia. IV, 16, a.

Anima est actus corporis organici. In quonam sensu? IV, 101, a.

Primus actus liber non est deliberatio. IV, 212, a.

Quomodo sine actu potest esse voluntarium? IV, 212, b-417, a et b.

Inter subjectum et actum suum potest esse relatio realis. IV, 225, a.

Duo actus possunt esse simul in eadem potentia. IV, 227, b-229, a.

In quibusdam actibus voluntas habet dominium completum, in quibusdam autem incompletum. IV, 227, b-459, b.

Actus rationis multiplex. IV, 243, b.

Ad meritum actus exterioris sufficit virtualis continuatio attentionis. IV, 244, b.

Actus specificantur ab objecto, maxime in potentiis passivis. IV, 245, b.

Exire in actum potentia non potest sine suo objecto. IV, 245, b.

Ad actum primum a solo Deo movetur voluntas. Quis sit ille actus primus? Quomodo ad illum se habeat voluntas? IV, 252, a et b.

Per unicum actum peccati mortalis tollitur charitas. IV, 271, a et b = v, 318, b.

Actus humanus potest dici bonus multipliciter. IV, 301, a-306, a.

Aliqui actus infidelium possunt esse boni ex genere virtutis politicae, vel ex circumstantia. IV, 301, a-307, a.

Unde actus voluntatis habeat primo rationem culpae? IV, 392, a.

Actus humanus, si sit malus, habet proprie rationem peccati. IV, 407, b.

Actus voluntarii rectitudo sumitur secundum ordinem rationis et legis aeternae. IV, 407, b-415, b.

In omni peccato actuali requiritur aliquis actus; non tamen omne peccatum est actus, nec includens intrinsece actum. IV, 408, a.

Quomodo ratio recta et lex divina sint mensurae dantes actui rectitudinem? IV, 411, a-415, b, et inde.

Utrum ad peccatum omissionis requiratur quicumque actus? IV, 411, b-417, a et inde.

Quomodo objectum vel circumstantia sit mensura actus humani? IV, 416, a.

Bonitas actus exterioris sumitur ex duobus, quorum unum dependet a voluntate, et alterum a ratione. IV, 416, b.

Actus voluntatis potest esse causa peccati omissionis dupliciter. IV, 417, b.

Deus est causa actus peccati. iv, 425, b-426, a et b.
 Aliud est aliquam conditionem consequi actum secundum se, et aliud secundum quod ab agente egreditur. iv, 428, b.
 Bonitas actus, inquantum actus, in quo consistat? iv, 429, b.
 Unde sumatur bonitas et malitia in actibus humanis? iv, 430, a et b.
 Quidam actus humani sunt de se boni, quidam de se mali. iv, 430, b.
 Quemlibet actum peccati Deus se solo causare potest; sed tunc talis actus non esset peccatum. iv, 433, b.
 In malis, absolute actus habet malitiam ex fine. iv, 435, a.
 Non ex fine agentis, sed ex fine actus, est per se bonus ipse actus. iv, 435, a et b.
 Licet bonus actus possit male fieri, non tamen malus bene. iv, 440, a.
 In actu voluntatis prius invenitur ratio culpæ, posterius vero in actibus aliarum potentiarum. iv, 441, a.
 Conscientia est actus, nec potentia, nec habitus. iv, 442, a et inde.
 Plures actus in genere nature possunt habere rationem unius in genere moris. iv, 447, b-456, a.
 Quomodo conscientie, cum sit actus, possint attribui alii actus? iv, 448, b-449, a.
 Nullus actus attributus conscientie proprie pertinet ad voluntatem. iv, 449, b.
 Nullus actus humanus, secundum individuum consideratus, est indifferens. iv, 454, a.
 Bonus et malus actus ex genere, sunt opposita mediata; bonus vero et malus ex circumstantia; immediata. iv, 454, b.
 Nullus actus humanus, secundum individuum consideratus, in habente gratiam, est indifferens ad meritum et demeritum. iv, 454, b-455, a et b.
 Non omnis actus habentis gratiam est meritorius, nec omnis non habentis demeritorius. iv, 454, b-455, a.
 Ad hoc quod actus habentis charitatem sit meritorius; non requiritur quod actu referatur in Deum. iv, 455, a.
 Utrum omnis actus humanus, in habente gratiam, debeat semper ordinari ad finem charitatis? iv, 458, a-462, b.
 Utrum actus in genere nature et in genere moris possit esse successive bonus et malus? iv, 458, b-463, b.
 Differentia inter actus morales procedentes ex virtute et non procedentes. iv, 459, a.
 Actus ex sola imaginatione procedentes, sunt duplices; et eorum alter est extra genus moris, alter vero non. iv, 459, a.
 Omnis actus moralis habentis charitatem refertur in Deum virtualiter. iv, 459, b.
 Unde inest actui bonitas moralis? iv, 461, b-487, a.
 Quilibet actus moralis, in habente charitatem, informatur charitate. iv, 462, b.
 Ad bonitatem moralem cuiuscumque actus non requiritur relatio ejus in Deum actualis aut habitualis. iv, 470, a et inde.
 Actus exterior et actus interior sibi conjunctus in malis non sunt duo peccata. iv, 475, a.
 Actus exterior aliquam addit bonitatem vel malitiam super actum interiorem præcise sumptum, scilicet illam quam habet ex termino proximo; aliquam autem non addit, scilicet illam quam actus interior habet ex fine; nunquam vero addit præmium aut pœnam essentialem actui voluntatis, si sit in se completus. iv, 476, a.
 Per actum exteriorem bonum vel malum homo habilitatur ad bonum vel malum. iv, 476, b-483, a.
 Actus exterior, secundum se præcise sumptus, non est peccatum. iv, 480, b-481, a.
 Non omne quod requiritur ad actus moralis bonitatem, actualiter cogitatur ab agente debere ipsi actui convenire. iv, 483, b.
 Bonitas actus exterioris redundat in interiorem, et e contra. iv, 484, a.

In actu interiori est peccatum formaliter; in actu vero exteriori est denominative. iv, 487, a.
 Aliquis actus est virtuosus simpliciter, et aliquis secundum quid. iv, 498, a.
 Actus se habet ad potentiam dupliciter. v, 160, a.
 Nullus actus secundus immutat proprie potentiam cognitivam. v, 184, b.
 Non est de ratione speciei intelligibilis quod se habeat ad intellectum sicut actus ad potentiam in essendo, sed ut actus ad potentiam in intelligendo. v, 185, b.
 Eiusdem potentie possunt esse plures actus. v, 198, a.
 Divina essentie repugnat esse actum secundum humani intellectus, non autem actum primum. v, 199, a-203, a et inde-205, b.
 Idem actus in Christo fuit præmium et meritum. v, 270, a.
 Substantia actus est a potentia, determinatio vero ab habitu vel a specie. v, 294, a et b-295, a-300, a = vii, 141, b.
 Quomodo actus determinentur in esse nature et in esse moris per habitus? v, 294, b, et inde.
 Actus præcedens habitum nunquam est similis actui ab habitu elicto. v, 296, a.
 Actus sequens habitum non est semper intensior præcedente; et, si est intensior, non est difficilior; et, si esset difficilior in se, non tamen ipsi potentie agentis. v, 296, a et b-297, a et b.
 Quomodo habitus faciant vel non faciant ad substantiam et intensionem actus? v, 298, a et b-299, a et b-303, b.
 Actus intensus et remissus in eadem specie possunt procedere a principiis diversarum specierum. v, 299, b.
 Per unicum actum contrarium tollitur habitus infusus, non autem semper acquisitus. v, 318, b.
 Utrum actus scientie et opinionis de eodem possint simul esse in eodem? v, 325, a-333, a.
 Humanorum actuum duplex est mensura. v, 338, a.
 Actum fidei et actum visionis beatificæ simul esse in eodem subjecto est impossibile. v, 375, b.
 Cessante possibilitate proprii actus, tollitur habitus. v, 384, a.
 Actus quis hominis? quis humanus? v, 389, b.
 Actus humani triplex principium. v, 389, b.
 Actus appetitus sensitivi non semper concurret in materia virtutis moralis. v, 404, a.
 Actus non concurrunt ad habitum necessario in ratione principii passivi tantum. v, 404, b.
 Actus humani sunt aliquo modo immediate principia habitus, et quoad aliquid mediata. v, 404, b.
 Actus virtutis acquisita non potest esse meritorius, nisi mediante virtute infusa. v, 409, b.
 Ad aliquos actus quam sint actus virtutum, dantur dona Spiritus Sancti. v, 419, a.
 Proprius actus superhumanus correspondet cuilibet dono. v, 420, b.
 Ex actibus diversimode causantur habitus diversi generis. v, 437, a et inde.
 Quodlibet genus entis dividitur per potentiam et actum: quis sensus? vi, 270, a.
 Actus peccati transeunte, unde dicatur anima formaliter peccatrix? vi, 310, a-314, a.
 Actus dupliciter dicitur diminui. vi, 347, a.
 Actus aliquis est excusabilis dupliciter. vi, 505, a.
 Beatitudo humana est actus. vii, 134, b.
 Actus est simpliciter potentior in bonitate et malitia quam habitus. vii, 141, b.
 In actu intellectus essentialiter consistit beatitudo. vii, 147, a.
 Non eo actus est nobilior, quo liberior. vii, 159, a.
 Utrum actus appetitus naturalis, sit actus elicited? vii, 160, b, et inde.
 Appetitus naturalis, quo voluntas naturaliter vult finem, est actus elicited. vii, 170, a.
 Actus secundus est similitudo objecti, non quoad sui essentialitatem, sed quoad suum principium vel terminum. vii, 229, b.

AD ALIQUID

Ad aliquid sunt quorum esse est ad aliud se habere: quis sensus? II, 347, b.

ADAM

Corpus Evæ, tantum et tale, quantum et quale fuit in sua formatione, fieri de costa Adæ, aut de aliquo minimo ossis vel carnis, absque additione materiæ, non fuit possibile. IV, 162, a.

Si Adam non peccasset, non genuisset filios gehennæ; quis sensus? IV, 174, a-178, a.

Peccatum originale fuit in Adam sicut in causa efficiendi principali; in semine vero est sicut in causa instrumentali. IV, 348, b-359, a.

Homo formatus miraculose, non per seminalem propagationem ab Adam, non contraheret originale peccatum. IV, 357, a.

An Adam fuerit prius a Deo predestinatus quam Christus? V, 7, a.

Omnes homines, præter Christum, ex Adam derivati, peccatum originale ex eo trahunt. V, 27, a.

Differentia inter subjectionem corporis gloriosi et corporis Adæ ad animam. VII, 74, b.

ADDERE, ADDITIO

Aliquæ formæ intenduntur non solum secundum maiorem participationem subjecti, sed etiam per additionem aliqujus. II, 97, a.

Intensio formarum non fit per additionem formæ ad formam. IV, 144, a.

Aliquid addere super aliud contingit tripliciter. IV, 379, a et b.

ADEQUATIO

Quid est adequatio quæ est de ratione veritatis? II, 180, a.

Veritas, prout est in intellectu, non est relatio adequationis, sed est conceptus adequatus rei. II, 158, b.

ADHÆSIO

Certitudo adhesionis non est propria virtutis fidei. V, 316, b.

Dissimilis est adhesio catholici ab adhesionem hæretici, quantum ad articulum cui communiter assentiunt. V, 319, a.

Non omnis firmitas adhesionis dicitur proprie certitudo. V, 327, a-335, b.

ADJACENTIA

Adjacentia non semper dicit inhaerentiam. IV, 153, a.

Ex adjacentia temporis, loci, aut alicujus localiter continens, causantur prædicamenta quando, ubi, positio et habitus. VI, 93, b-94, a.

ADJECTIVUM

Nomina adjectiva respiciunt numerum a suppositis. I, 223, a = II, 38, a, in fine.

Quomodo adjectiva nomina a substantivis differant? I, 256, a.

ADOPTIO

Utrum Christus sit Filius Spiritus Sancti per adoptionem? V, 46, a-52, a et b.

Ad esse filium per adoptionem, quæ? V, 52, a.

ADORARE-ADORATIO

adoratio non debetur Paternitati, ut Paternitas est; nec Spirationali, in quantum est Spiratio. II, 32, b.

De adoratione patriæ et doliæ. V, 136, a et inde.

De eo qui adoratur possunt duo considerari. V, 136, b.

Christi est tantum una adoratio ex parte ejus qui adoratur, et plures ex parte causæ. V, 137, a.

Imago Christi adoranda est adoratione patriæ. V, 137, a.

Crux Christi est adoranda adoratione patriæ. V, 137, b.

Adoratio imaginum potest esse reprehensibilis ex duobus. V, 141, a.

EQUALITAS

Charitas viæ, quantumcumque intendatur, non potest perungere ad æqualitatem formæ alterius rationis, vel ad æqualitatem gratiæ Christi. II, 130, a.

Necesse est ponere æqualitatem in divinis personis. II, 152, b.

Æqualitas in divinis fundatur in quantitate virtutis. II, 152, b-153, a.

Æqualitas et similitudo in divinis non sunt relationes a relationibus personalibus secundum rem distinctæ, sed bene secundum rationem vel intellectum. II, 153, b.

Æqualitas in divinis non importat negationem majoris et minoris, sed habitudinem quam talis negatio consequitur. II, 155, a.

Æqualitas et similitudo et identitas in divinis sola ratione differunt. II, 155, b.

Æqualitas et similitudo, si stricte sumantur, non fundantur nisi super accidentia; large vero, etiam super id quod significatur per modum quantitatis aut qualitatis. II, 156, b.

Æqualitas, tam in creaturis quam in divinis, fundata est super unitate quantitatis. II, 318, b.

Æqualitas aliquid ponit, et aliquid privat. II, 318, b.

Æqualitas ponit in creaturis relationem realem; sed in Deo ponit relationem secundum rationem. II, 318, b.

Æqualitas in divinis non est divina essentia. II, 319, a.

Utrum æqualitas et similitudo fundentur super unitate specifica quantitatis aut qualitatis, aut super unitate rationis, aut super unitate, id est, conformitate earumdem individualium quantitatum vel qualitatum? II, 319, a et b-320, a et b-322, b-323, a-324, b.

Utrum æqualitas et similitudo sint relationes reales? II, 320, a-324, a et inde.

Æqualitas et similitudo in creaturis supponunt unitatem specificam secundum commensurationem, et non numeralem unitatem illorum in quibus fundantur; quæ unitas non est secundum rem, sed secundum rationem. II, 322, b-324, b.

Æqualitas in divinis dicit duo, et quæ? II, 325, a.

Æqualitas est perfectio simpliciter. II, 326, a.

Diabolus peccando appetit æqualitatem Dei, non simpliciter, sed secundum quid. III, 335, b et inde.

Utrum diabolus potuerit appetere æqualitatem Dei absolute? III, 341, b-351, a et inde.

ÆTERNITAS

Ratio æternitatis consequitur immutationem. II, 4, a = III, 24, a.

Æternitas est mensura: quis sensus? II, 4, b.

Æternitas non est tempus, nec ævum. II, 4, b = III, 196, a.

Aliter se habet æternitas ad æternum, quam ævum ad æviternum, et quam tempus ad temporale. II, 5, b.

Utrum ratio æternitatis consistat in apprehensione uniformitatis ejus quod est omnino extra motum? II, 6, a-8, a.

Utrum æternitas sit duratio? II, 7, b-9, b.

Utrum æternitas in Deo sit duratio formaliter. II, 8, a-10, b.

Æternitas consistit in apprehensione uniformitatis; quis sensus? II, 8, a et b.

Sicut in tempore triplex est difformitas, ita in æternitate, triplex uniformitas. II, 8, b.

Non similiter omnino se habent nunc æternitatis ad æternitatem sicut punctus ad lineam. II, 9, a.

Æternitas est mensura omnis durationis excedens et inadaequata. II, 9, b.

Differentia inter immensitatem respectu locorum, et æternitatem respectu temporum. II, 427, b.

Diversi diversimode participant æternitatem, quæ soli Deo proprie convenit. III, 154, b = VII, 135, b.

ÆVUM

Ævum est esse primi angeli, superaddens respectum rationis tantum. II, 5, b = III, 198, a et b.

Ab ævo procedit tempus, juxta illud Boetii: *Qui tempus ab ævo ire jubes*. Quis sensus? III, 148, b-155, a.

Ævum est in primo æviterno sicut in subjecto, licet sit etiam mensura primi mobilis et aliorum æviternorum. III, 149, a.

Ævum, quid? III, 153, b et inde-197, b.

Nulla actio mensuratur ævo, sed tantum esse angelorum. III, 155, a.

Unum est ævum omnium æviternorum, si proprie sumatur, sicut et omnium temporalium idem tempus; et illud est subjective in primo angelo. III, 155, b et inde-195, a.

Ævum est subjective in illo angelo qui magis participat æternitatem, et talis est primus inter angelos beatos. III, 156, b-194, a et b.

Utrum ævum dicat aliquid super esse æviterni? III, 172, b-197, b et inde.

Distinctio ævi ab æternitate. III, 192, a.

Accidit ævo coexistere majori vel minori tempori. III, 192, b.

In *nunc* ævi possunt duo contradictoria esse simul vera; secus in *nunc* temporis. III, 193, a.

Si fieret superior angelus, ævum esset in illo; similiter, si destrueretur primus, ævum esset in secundo, etc.; sicut, si fieret regularior motus, tempus esset subjective in illo. III, 193, a et b-194, b-198, a.

Cur anima Christi non sit subjectum ævi, cum sit gloriosior omni creatura? III, 194, a.

Si essent duo primi angeli, essent quidem duo æva, quoad sui naturam, sed non quoad rationem mensuræ. III, 195, a.

Non eodem modo simpliciter comparatur ævum ad æviternum sicut tempus ad motum. III, 197, b.

AFFIRMATIO

In Deo affirmationes sunt veræ solum secundum quid. I, 140, a.

Negationes de Deo non cognoscuntur per affirmationes; immo magis sunt certæ quam affirmationes. I, 141, a.

Affirmatio et negatio non possunt alicui attribui, nullo intellectu considerante. I, 159, a.

Affirmatio rei non est ipsum *existere* ejus. I, 329, a.

AGENS

Agens naturale duplicem effectum inducit in patiens. I, 62, a.

Agens secundum potest agere dupliciter. I, 93, b.

Primum agens est ultimus finis. I, 168, b.

Primum agens esse ultimum finem patet esse de mente Aristotelis et Philosophorum. I, 169, b et inde.

Inproprie dicitur quod accidens sit agens instrumentale. I, 205, b.

Agens generat formam; quis sensus? I, 250, a.

Agens universale et particulare non eodem modo concurrunt ad actionem. I, 267, b.

Agens naturale, quid? I, 268, b in fine-269, a.

Quid agit agens, dum intendit formam in subjecto. II, 129, b.

Unde provenit quod agens potest in aliquam operationem in quam prius non poterat? II, 130, b.

Agens naturale, approximatum passo, prius disponit illud quam introducat actum. II, 144, a.

Non omne agens reale est perfectius intentionali. II, 305, b.

Omne agens in aliquod distans est agens mediatum. II, 434, b.

Agens non est simpliciter semper nobilius patiente; secus in quantum agens. II, 434, b = VI, 272, a.

Diversimode diversa agentia agunt per contactum mutuum vel non mutuum. II, 435, b et inde.

Agens incorporeum perfectius tangit suum mobile quam corporale; et perfectius ei adest, et præsens et intimum est. II, 436, a.

Cur agens non potest agere in distans nisi prius agat in medium? II, 436, a.

Agens primum et proximum diversimode dicuntur immediata effectui. II, 438, a.

Utrum agens denominetur denominatione extrinseca ab actione? III, 38, b-60, b.

Duplex est agens: scilicet de necessitate naturæ, et voluntarium; et utriusque conditio. III, 54, b.

Agens non agit in multa passa simul, nisi unica actione formaliter et ex parte agentis. III, 60, b.

Cur agens per artem necessario præsupponit in sua actione effectum naturæ, et agens naturale effectum Dei? III, 100, a et b-107, a et b.

Omne agens dat esse, sed non nisi in quantum est instrumentum Dei. III, 101, a-103, a.

Ubiunque agens principale introducit effectum excedentem virtutem naturalem instrumenti, oportet quod instrumentum disponat ad effectum principalis agentis. III, 106, a.

Agens participans aliquam naturam facit sibi simile, non producendo simpliciter illam naturam, sed applicando eam ad aliquid; et sic semper agit aliquo præsupposito. III, 108, b.

Agens immanenti actione est ejusdem actionis principium et causa partialis. III, 289, b.

Agens et patiens actione inductiva formæ oportet esse ejusdem generis. III, 291, b-297, a et b-306, a.

Duo agentia possunt tripliciter concurrere ad aliquid faciendum. III, 323, b.

Unde procedat quod aliquod agens non possit operari in primo instanti in quo est? III, 363, b-364, a.

Agens univocum, sicut ad effectum unius speciei determinatur, ita ad motum unius rationis; secus de æquivoco. III, 400, b.

Diversa agentia possunt concurrere ad introductionem formæ substantialis, sed ordine quodam. IV, 72, a.

Non omne agens causans accidentia consequentia aliquam formam substantialem, causat ipsam formam; licet aliquod. IV, 75, a.

Utrum agens naturale possit facere de parvo magnum, absque rarefactione, et absque additione materie? IV, 164, b et inde-168, a et inde.

Non omne agens æquivocum, est nobilius patiente seu producto, nisi sit totale. IV, 221, b-222, a.

Omne actu agens est determinatum ad alteram partem; et unde proveniat talis determinatio? IV, 229, a.

Quid requiritur ad hoc quod aliquod agens habeat perfecte effectum in sua potestate? IV, 250, b.

Agens, quantum dat de forma, tantum dat de consequentibus ad formam; quis sensus? IV, 429, b.

Agens dat patienti potentiam patiendi; quis sensus? V, 47, b.

Aliquod agens ex propriis actibus causat in se habitus; aliud quod vero non. V, 303, b.

Alio modo est virtus agendi in principali agente, alio modo in instrumentali. VI, 4, a, in fine.

Utrum agens instrumentale, in quantum hujusmodi, habeat aliquam virtutem intentionalem impressam a principali agente, præter motum localem? VI, 10, b-12, a-33, a-39, b.

Omne agens continet in virtute sua effectum. VI, 48, b.

Aliquid potest agere ultra suam speciem virtute superioris agentis. VI, 251, b.

Agens naturale non potest corruptum idem numero reparare. VII, 1, b.

Omne agens creatum, in quantum est agens, consequitur aliquam perfectionem. VII, 440, a.

Agens de necessitate quoad exercitium actus, et removet prohibens actionem, si potest, et respicit omne requisitum.

turn ad actionem, et necessario manutinet quietem quam eadem necessitate respicit, et agit intensissime; non autem agens de necessitate quantum ad specificationem actus tantum. vii, 171, b-182, b-183, a et b.

Diversimode concurrunt diversa agentia ad inductionem formae in materia. vii, 273, b.

AGERE

Agere, super quod esse proxime fundetur? i, 212, a.

Differentia inter agere et facere. iii, 51, b.

Ista non est concedenda: *Agere est pati*. iii, 61, a.

Omne requisitum agenti ad agendum est ratio agendi in aliquo genere causae. iv, 46, a.

Aliquid esse rationem agendi ipsi agenti contingit sex modis. iv, 46, a.

Aliud est agere, et aliud aliquid agere. iv, 227, b.

Ratio agendi intentionalis quomodo differat a naturali? iv, 240, b.

Multipliciter dicitur aliquid agere. iv, 406, a.

Virtus agendi datur instrumento dupliciter. vi, 46, a.

Instrumentum artis non solum agit formaliter, sed etiam effective. vi, 51, b.

Accidens agere in virtute substantiae, quid? vi, 270, a.

ALBEDO

Albedo est mensura omnium colorum. i, 166, b.

Utrum possit dari per Dei potentiam aliqua albedo separata? ii, 532, a-536, b = iii, 231, b = iv, 145, b.

Qualiter albedo, vel alia qualitas, si esset per Dei potentiam separata, esset individua? ii, 537, a = iii, 231, b = iv, 146, a.

Albedo separata posset disgregare visum et poni in angelo. ii, 554, b.

ALIQUID

Quomodo ista sit concedenda: *Nihil fit aliquid*? iii, 72, a.

Aliquid potest sumi dupliciter. v, 81, a.

ALTERATIO

Alteratio non potest esse motus continuus. ii, 141, b.

Alia alteratio fit in instanti, aliqua vero non, cum videlicet ambo extrema seu ambo termini sunt positivi. iii, 420, b-421, b.

Alterationis duplex terminus. iv, 37, b-40, a.

Requisita ad alterationem. iv, 40, a.

In motu alterationis est dare minimum. iv, 167, b.

Alteratio non est ad habitum, nisi ex consequenti et per accidens, tripliciter. v, 405, a.

AMANS, AMARE, AMATUM

In quoniam sensu praesentia amati requiritur ad delectationem. i, 74, a.

Utrum res amata veniat per amorem in affectum amantis? ii, 12, a-14, a.

Quomodo res amata sit in amante? ii, 14, b-15, a.

Per hoc quod amatum est in amante, impellitur amans in amatum. ii, 14, b.

Mutua inhaesio amantis et amati potest intelligi multipliciter. ii, 15, a.

Eodem actu et habitu potest amari Deus et creatura. v, 226, a.

Amare bonum alicuius communis contigit dupliciter. v, 365, a.

Triplex est gradus in amantibus Deum. v, 371, a.

Amare seipsum tribus modis. vii, 185, b, circa finem.

AMATIO

Amatio, quid? v, 356, b.

AMICABILE

Amicabilia quae sunt ad alterum, proveniunt ex amicabilibus quae sunt ad seipsum: quis sensus? v, 369, a.

AMICITIA

Amicitia, ad quos est vel non est, etiam secundum Philosophum? ii, 40, a.

Cur non sit habitus distinctus ab amicitia ad obtinendum ardua in vita politica? v, 353, a.

Quomodo amicitia sit vel non sit virtus? v, 354, a.

Non omnis amor habet rationem amicitiae. v, 354, b.

Amicitia quaelibet concupiscentiam includit, et aliquid addit. v, 356, b.

Ponere aliquam mercedem finem amoris ex parte amati, est contra rationem amicitiae, non autem ex parte amantis. v, 357, a.

Utrum moralis seu politica amicitia sit proprie virtus? v, 359, a et b-363, b.

Amicitia non est virtus eo modo quo aliae virtutes morales, seu non univoce cum virtutibus politicis. v, 364, a.

AMOR

Amor non est delectatio. i, 62, a.

Amor est nobilissima operatio voluntatis. i, 72, b.

Amor concupiscentiae, quid? i, 74, b.

Amor non dividitur per amicitiam et concupiscentiam, sed per amorem amicitiae et concupiscentiae; et praedicta divisio est analogica. i, 74, b et inde.

Idem motus amoris est amor amicitiae et concupiscentiae. i, 75, a.

Amor, concupiscentia et delectatio sunt tres actus speciei differentes. i, 75, a.

Amor concupiscentiae et concupiscentia distinguuntur realiter et habent diversa objecta. i, 75, a.

Unio aliter pertinet ad amorem, et aliter ad delectationem; et plus unit amor quam delectatio. i, 75, b.

Major est unio, secundum amorem, cum amato, ipsius appetitus, quam appetentis seu amantis. i, 76, a.

Divisio amoris in ketilium et cupiditatem et huiusmodi est per causam, non per essentiam. i, 76, a.

Amor est prima passio appetitus, et radix ac causa omnium affectionum. i, 76, a.

Amor et desiderium et delectatio, quomodo distinguuntur? i, 76, b.

Amor non dicitur proprie perficere operationem. i, 77, a.

Unio est causa et essentia et effectus amoris diversimode. i, 77, a = ii, 40, a.

Per affectum et amorem perfectius Deo quis unitur quam per intellectum, et e converso secundum diversa. i, 84, b.

Quis est huiusmodi et similium sensus: *Amor est notitia*? et qualis est haec praedicatio? i, 216, a.

Spiritus Sanctus procedit ut amor. ii, 11, a.

Utrum Spiritus Sanctus procedat ut actus amoris, et non ut impressio rei amate in amantem? ii, 13, a et b-16, a et b.

In Deo non est amor relativus, nisi metaphorice. ii, 16, b. De ratione etiam amoris creati est quod procedat a duobus, non tamen subsistentibus. ii, 39, b.

Quis modus similitudinis amorem amicitiae causet? ii, 39, b.

Amor mutuos Patris ad Filium terminatur ad essentiam et personam diversimode. ii, 42, a.

Amor, non solum in divinis, sed etiam in nobis, procedit a verbo; sed imperfectius in nobis. ii, 53, b.

Spiritus Sanctus est amor quo Pater amat Filium et creaturas. ii, 59, a.

Amor tripliciter sumitur in divinis. ii, 146, b-333, a.

Amor personalis est illud quo omnia dona nobis donantur. ii, 147, a.

Amor personalis, in divinis, quomodo se habeat ad Patrem diligentem? ii, 327, b.

Utrum in divinis concedendum sit quod aliquis amor producat? ii, 331, b-333, b.

In divinis amor essentialis et notionalis distinguuntur solum secundum rationem. ii, 333, a et b.

Aliquis actus divinae voluntatis habet rationem amoris. II, 567, b.
 Aliquis actus divinae voluntatis potest dici amor amicitiae proprie, et aliquis quasi amor concupiscentiae. II, 568, a.
 Utrum amor et gaudium et delectatio in Deo ratione differant? II, 570, a-572, a.
 Utrum Deus amet creaturas amore concupiscentiae ex eo quod vult eis bonum? II, 570, b-572, a.
 Duplex amor: benevolentiae videlicet et concupiscentiae. V, 497, b.
 Quod amatur amore concupiscentiae non potest esse ultimum dilectum. V, 497, b.
 Licet spes ad amorem concupiscentiae pertineat, et ab eo derivetur, non est tamen talis amor. V, 342, b-343, a.
 Amor duplex: perfectus scilicet et imperfectus. V, 343, a.
 Quid ametur amore concupiscentiae, et quid amore amicitiae? V, 345, a.
 In quo amor et spes differunt? V, 349, a.
 Duplici bono quod a Deo accepimus respondet duplex amor. V, 355, b.
 Amor invenitur tam in appetitu intellectivo quam in sensitivo; et secundum quod est in sensitivo, vocatur amor, et nunquam dilectio; vocatur autem dilectio, et etiam amor, secundum quod est in appetitu intellectivo. V, 356, a.
 Omnia alia nomina ad amorem pertinentia, vel includunt haec duo praedicta, vel includuntur ab eis. V, 356, a.
 Ad amorem Dei pertinet ut quis velit interdum separari a fruitione Dei, propter salutem proximi. V, 371, a.
 In quonam sensu omnis virtus est amor? V, 399, a et b.
 Amor sui tripliciter se potest habere ad charitatem. VI, 365, b.
 Quilibet diligit se amore amicitiae naturaliter et necessario quoad specificationem actus, secus quoad exercitium. VII, 185, a.
 Quomodo in amore naturali sui, vel in quocumque alio amore naturali, possit inveniri meritum et demeritum? VII, 185, a.

ANALOGIA-ANALOGUM

Triplex aliquid secundum analogiam dicitur. I, 124, b-142, a.
 Utrum illud quod dicitur analogice de suis significatis, significet unam rationem? I, 127, a-135, b.
 Analogum dividitur aliter quam univocum et equivocum. I, 135, a.
 Quod analogum reddat propositionem multiplicem, et quod non. I, 141, b-142, a.
 Ens non est analogum sicut sanum. I, 144, a.
 Divina scientia est analogica scientiae nostrae. II, 398, b.
 Duplex communis analogiae. II, 399, a.
 Divisio peccati in mortale et veniale est analogica in analogata. IV, 487, b.
 Qua dependentia unum analogatorum ab alio dependeat? IV, 498, a.

ANGELUS

In intellectu angeli sunt habitus intellectuales, qui sunt species intelligibiles concretae. I, 35, a.
 In angelis abstractum non praedicatur de concreto; nec suppositum est omnino idem secundum rem quod sua essentia. I, 231, a.
 Quomodo angeli conveniunt in genere, cum non communicent in materia? I, 340, b-344, a.
 Angeli sunt incorruptibiles. I, 364, b.
 Utrum angeli sint facti a Deo? I, 365, b et III, 45, a-78, b.
 Non eadem mensura durationis est propria Deo, angelo et corruptibilibus. II, 429, a.
 Angelus non est in loco nisi per contactum et applicationem suae virtutis ad locum. III, 119, b.
 Angelus potest esse indifferenter in loco divisibili et indivisibili, et potest esse quandoque in nullo loco, et quandoque in convexo caeli empyrei. III, 121, a.

Cur angelum posse non esse in loco, licet sit verum, non sit imaginabile? III, 121, a-131, b.
 Angelus non eget loco, sed contra. III, 121, b-414, a.
 Plures angeli non possunt esse simul in eodem loco. III, 121, b.
 Unus angelus non potest simul esse naturaliter in diversis locis. III, 122, a.
 Angeli non nisi circa unum immediate operari possunt. III, 122, b.
 Utrum angelus movens sit primo in toto, vel primo in aliqua parte mobilis? III, 123, b-131, b.
 Prius est angelum operari in loco quam esse in loco; idem de Deo; secus de corpore. III, 130, b-133, a-134, b.
 Angelus est per se et non per se in loco, secundum diversas rationes. III, 131, a.
 Ex hoc quod angelus immediate operatur in loco, non sequitur quod prius sit praesens loco, quam operetur in loco. III, 131, a.
 Licet aliquando angelus nullibi sit, potest tamen esse in loco potentia proxima; et sic articuli Parisienses intelligunt. III, 131, b.
 Triplex motus angeli traditur a sanctis. III, 132, a.
 Eodem modo conveni angelus moveri sicut esse in loco; et utrumque aequivoce respectu corporalium. III, 132, a.
 Angelus movetur ad motum corporis a se assumpti et moti, non tamen ad motum corporis celestis a se moti. III, 132, a et VI, 206, a.
 Angelus potest dici moveri localiter metaphorice, inquantum diversa loca vel partes loci aut locati sua virtute contingit successive. III, 132, b.
 Non sequitur: Angelus est in loco per operationem; sed illa est in loco commensurative per accidens; ergo et angelus. III, 133, a.
 Qualiter operatio qua angelus est in loco, sit in loco? III, 133, a-134, b.
 Contactus virtutis, qui est angelo ratio existendi in loco, quid? III, 133, a.
 Quomodo angeli sint in caelo empyreo sicut in loco, cum illud non moveant? III, 133, a.
 Praesentia angeli ad caelum empyreum, quid? III, 133, b.
 Quid est, et qualiter est in corpore legato, virtus secundum cuius contactum angelus dicitur esse in loco; quid operatus vel nobilitatio corporis per praesentiam spiritus, continentia qua angelus dicitur continere locum, et unio qua dicitur uniri loco in quo est? III, 133, b.
 In quonam sensu dicitur angelum esse in loco per operationem; et quomodo hoc dicere non adversatur articulis Parisiensibus? III, 134, a.
 Tam substantia quam virtus et quam operatio angeli est in loco, sed diversimode. III, 134, b.
 Ad angelum esse definitive in loco, quid requiritur, et quid sufficit? III, 134, b-135, a.
 Angelus est in loco, ut in loco, per accidens; sed ut in operato, per se. III, 135, b.
 Si duo angeli operarentur circa eundem locum, neuter esset ibi. III, 144, a.
 Non est simile de duobus angelis, et de duobus corporibus, quoad possibilitatem simul existendi in eodem loco. III, 144, a.
 Operationes et motus angelorum mensurantur tempore discreto, vel etiam continuo; quod tamen non est idem cum tempore quo mensuratur motus primi mobilis. III, 150, b-154, a.
 Successio non est in morosa intellectione angeli, bene vero in nostra. III, 151, b.
 Esse ipsius angeli, et ejus substantia, secundum se mensurantur aetate, et non tempore; aliqua vero operatio angeli mensuratur tempore continuo, et aliqua tempore discreto, et aliqua aeternitate quodammodo participata. III, 153, a.
 Tempus continuum mensurans motum localem continuum angeli, esse idem cum tempore nostro, dicit sanctus Thomas in libello de Instantibus. III, 155, a et b.

- Non est inconueniens esse plura tempora discreta in diuersis angelis, vel etiam in eodem. III, 182, a et b.
- Quomodo duratio competat angelo? III, 196, a.
- Nullus angelus est compositus ex materia et forma, proprie loquendo. III, 199, a.
- Individuatio aliter conuenit angelo quam homini. III, 203, a.
- Non solum angelus sic est immaterialis quia non est ex materia et forma compositus, verum etiam quia non est informativus materiae, nec potest quiri materiae sicut forma. III, 203, b-289, a.
- Diversimode assignantur differentiae angeli et animae. III, 203, b-244, b.
- Angeli in corporibus assumptis non possunt exercere opera vitae. III, 204, a.
- Nulla species angelica est multiplicabilis in plura individua. III, 205, a et inde.
- Utrum distinctio specifica animae rationalis et angeli sumatur formaliter penes intelligere cum discursu vel sine discursu? III, 217, b-244, b et inde.
- Utrum angelus possit intelligere cum discursu? III, 218, a-246, b-258, a et b-279, b et inde-332, a et inde.
- Utrum distinctio specifica animae rationalis et angeli sumatur formaliter et essentialiter ex hoc quod anima est unibilis materiae, non autem angelus? III, 218, b-246, b.
- Utrum ex hoc quod inter formas non potest esse nisi distinctio formalis, sequatur in angelis non multiplicatio individualis? III, 220, a-250, a et b.
- Angelum componi ex materia et forma non est de mente Aristotelis. III, 222, a et inde.
- In angelis non habet locum distinctio intellectus agentis et passibilis sicut in nobis, nisi equivoce. III, 222, b-254, b-290, b et inde.
- In angelo sunt tres compositiones. III, 225, b.
- Angelus de se est indivisibilis; quis sensus? III, 238, a.
- Species intelligibiles in intellectu angeli et in intellectu hominis non sunt ejusdem speciei, et consequenter nec intelligere eorundem. III, 246, a.
- In angelo et in homine visio beatifica est ejusdem rationis. III, 246, b.
- Quilibet angelus est infinitus secundum quid. III, 250, a.
- Angeli non possunt dilere solo numero per haecceitatem. III, 251, a.
- Intelligere angeli non est sua substantia. III, 253, b.
- Virtus intellectiva angeli non est ejus essentia. III, 254, a.
- Intelligibilia angelorum sunt actu intelligibilia; et respectu eorum quae naturaliter intelligunt, semper sunt actu intelligentes. III, 254, b.
- Angeli non cognoscunt omnia per suas essentias, sed aliqua per species connaturales et concreatas. III, 255, a-iv, 195, a.
- Quilibet angelus intelligit seipsum per essentiam suam et non per speciem superadditam. III, 255, b-v, 185, b.
- Essentia angeli est sufficiens ratio intelligendi et principium quo intelligit Deum naturali cognitione. Et quomodo habet cognitionem de eo distinctam? III, 256, a-310, a et b-iv, 190, b.
- Angeli per eandem speciem intelligunt plures quidditates; et quanto angelus est superior, tanto per species pauciores et universiores intelligit. III, 256, b.
- Intellectus angelicus per eandem formam intelligibilem intelligit naturam communem speciei et omnia ejus individua vel singularia. III, 257, a-292, a.
- Non omnia illa intelligit angelus simul et in actu, quorum species apud se habet; sed aliqua sic, et aliqua non. III, 257, b et inde.
- Utrum ex hoc sit negandum esse in angelis intellectum possibilem, quia non sunt in potentia ad species? III, 261, a-290, b.
- Utrum angelus posset abstrahere species a creaturis, posito quod eas non haberet ex se? III, 261, b-291, b-292, a.
- Utrum angelus aliquam notitiam intuitivam accipiat a rebus extra? III, 262, a-293, b et inde.
- Utrum angelus accipiat notitiam abstractivam a rebus, sed mediante specie? III, 262, b-295, b.
- Utrum debeat quiri representativum per quod angelus intelligat? III, 266, b-305, a.
- Utrum angelus cognoscat Deum distincte per aliquam speciem, licet non ut in se actualiter existentem? III, 269, b-310, b.
- Utrum angelus unico actu, vel unica specie, possit intelligere infinita? III, 272, a-317, a.
- Utrum angelus intelligat seu cognoscat singulare signatum, signando et demonstrando ipsum? III, 272, b-317, a et inde.
- Utrum sit vanum querere quomodo angelus intelligat singularia? III, 275, b-319, b.
- Utrum angelus aliam cognoscat non per essentiam angeli cogniti aut cognoscentis, sed per species concreatas? III, 282, b-283, a et b.
- Angeli cognoverunt naturas rerum antequam essent, non solum cognitione matutina, sed etiam vespertina; et simul haec duae cognitiones in eis esse possunt. III, 285, b-296, b-297, b.
- Angelis Deus loquitur per suam substantiam; quis sensus? III, 286, a-y, 199, a.
- Intellectus angelicus non dicitur possibilis sicut in nobis, non quia nunquam fuit sine speciebus, sed quia non potest naturaliter esse sine illis. III, 290, b.
- Species intelligibiles intellectus angelici consequuntur naturaliter naturam angelicam tanquam accidentia ejus propria. III, 291, a-293, b.
- Intellectus angelicus non dicitur agens sicut in nobis, non quia non abstrahat species, sed quia non potest eas abstrahere. III, 291, a.
- Angelus cognoscit singularia sicut et naturam per eandem speciem intuitive. III, 292, a-iv, 195, a.
- Per eandem speciem angelus cognoscit naturam et singularia ejus omnia, praeterita et praesentia, et omnes eorum cognitiones et cognoscibiles veritates. III, 292, a et b-316, b.
- Angelus potest aliquid intelligere de novo dupliciter. III, 292, b.
- Angelus non intelligit componendo et dividendo. III, 293, a.
- Res intuitive ab angelo cognita, non est causa totalis vel partialis notitiae angelicae; secus in cognitione humana, ubi res causat speciem. III, 295, a.
- Quomodo angelus ea quae sibi erant futura, cognoscit de novo, cum fiunt actu? III, 295, a-316, b.
- Cur angelus non intelligat futura contingentia? III, 295, b.
- Intellectus angelicus est uno tantum modo in potentia. III, 296, a.
- Ad hoc quod angelus cognoscat aliquam rem non oportet quod sit sibi praesens. III, 297, b.
- Non oportet quod in intellectu angeli sint infinitae species intelligibiles, sicut sunt infinitae ideae in Deo. III, 298, b.
- Auctor putat angelos posse simul et unico actu cognoscere omnes species numerorum, et infinitas partes continui. III, 299, a-332, b-333, a-371, a.
- Intellectus angelicus non habet objectum praesens per habitum scientialem qui ponatur distinctus a specie intelligibili. III, 299, b.
- Essentia angeli est in intellectu ejusdem, et e contra, sed diversimode. III, 308, a et b.
- Angelus nihil recipit ab objecto quando seipsum intelligit. III, 309, a.
- Species spiritus angelici non solum speciebus sed etiam generibus primo correspondere possunt. III, 309, b.
- Angelus duplicem cognitionem Verbi habuit: unam naturalem, aliam beatam. III, 312, b.
- Angelus potest simul intelligere omnia quae per unam speciem possunt intelligi ab eo. III, 313, a et b-339, b.
- Species intellectus angelici est propria ratio plurimum, sed non adequata alicui illorum. III, 313, a-314, a.
- Angelus per speciem superioris angeli non potest cognoscere omnes inferiores, quamvis plures. III, 313, b.

Angelus non potest per unam speciem intelligere omnia a se intelligibilia. III, 314, b.

Angelus superior non solum plura per universaliorem speciem, sed etiam plures rationes per aequalem cognoscit quam inferior. III, 314, b-315, a.

Non sequitur, si unus angelus omnia intelligeret per unam speciem, quod superior eo, si crearetur, intelligeret per nullam. III, 315, a.

Species in intellectu angelico representat non solum naturam universalem, sed etiam individuum et omnia quae accidunt tam naturae quam omnibus individuis ejus. III, 315, a.

Species intellectus angelici est quodammodo infinita in representando. III, 315, b-317, a.

Species in intellectu angelico, licet determinetur ad certum numerum quidditatum, non tamen ad certum numerum individuum. III, 317, a.

Angelus non potest naturaliter intelligere infinita intelligibilia in actu, sed bene in potentia; secus forte de ejus cognitione supernaturali. III, 317, a-318, b-332, b.

Angelus prius natura cognoscit naturam specificam quam individua ejus. III, 320, a.

Angelus non potest simul intelligere plura ut plura. III, 328, a et b.

Angelus non potest sua libertate se privare omni intellectione. III, 331, a.

Angelus in suis naturalibus consideratus potest et potuit peccare. III, 334, b.

Angelus non potest habere naturaliter electionem in primo instanti sui esse. III, 339, a et b-356, a-358, b.

Omnēs angeli fuerunt creati in gratia. III, 340, a-359, a.

Utrum angelus potuerit mereri in primo instanti suae creationis? III, 344, b-356, b.

Utrum secunda mora in qua angeli meruerunt vel demeruerunt, sit indivisibilis? Quis sensus questionis? III, 346, b-359, a.

Utrum angelus per quemlibet actum meritorium acquirat beatitudinem? III, 347, b-360, b.

Angelus respectu naturaliter cognitorum nullo modo deficere potest per errorem vel ignorantiam vel inconsiderationem; respectu vero supernaturalium, ante peccatum quidem per inconsiderationem solum, post peccatum vero omnibus modis. III, 352, b = IV, 186, a et b.

In angelis dilectio naturalis est principium electivae. III, 355, b.

Bonus angelus non fuit praescius suae stabilitatis, sicut nec malus sui casus. III, 356, b.

Deus potuit beatificare angelum in primo instanti suae creationis. III, 356, b.

Omnēs angeli in primo instanti meruerunt diligendo Deum super omnia; sed praedictum meritum fuit improprie meritum. III, 358, a et inde-457, a.

Secundum sanctum Thomam magis videtur quod primus actus voluntatis angelicae fuerit naturalis dilectio sui quam electiva dilectio Dei. III, 358, a et b-449, b.

Cur angelo praefixa est via per duo instantia? III, 358, b.

Sustineri potest bonos angelos in secundo instanti suae creationis meruisse beatitudinem, et in eodem fuisse beatos; et, pari modo, malos in eodem secundo demeruisse, et fuisse damnatos. III, 358, b-359, a-362, a et b.

Tentatio malorum angelorum et victoria bonorum potuit esse in eodem instanti. III, 359, b.

In primo angelo peccante tria fuerunt, alia tria in eis qui peccaverunt ab eo tentati, et alia tria in bonis. III, 359, b.

Non est inconveniens dicere aliquam operationem quam nunc angelus habet, esse immediatam suae creationi. III, 360, b.

Angelus in primo instanti suae creationis fuit beatus beatitudine naturali, non autem supernaturali. III, 361, a.

Angeli suam beatitudinem supernaturalem proprie meruerunt. III, 361, b.

Diversae positiones qualiter angelus ad beatitudinem supernaturalem pervenerit. III, 362, a et b.

De prima conditione angeli triplex opinio. III, 362, b.

Possibile fuit angelum mereri suam beatitudinem in primo instanti suae creationis. III, 363, a.

Angelus bonus, post primum actum charitatis quo beatitudinem meruit, beatus fuit beatitudine ultimata et supernaturali. III, 364, a.

Anima hominis et angelus similiter ordinantur ad beatitudinem. III, 364, b.

Utrum angelus possit subito suspendere actum suum? III, 368, b-377, a.

Angelus potest in quolibet instanti mereri, non autem homo. III, 371, a.

Nec angelus nec aliquod corpus potest seipsum movere localiter ut proprie et per se movens et per se motum. III, 379, a.

Angelus potest localiter moveri a seipso, et per accidens. III, 379, b.

Motus angeli, quid? III, 380, a et inde.

Angelus, eo modo quo movetur localiter, potest moveri de extremo ad extremum per medium, si vult, et non per medium, si vult. III, 381, b.

Impossibile est angelum moveri localiter in instanti. III, 382, b-407, a.

Nullus motus angeli mensuratur tempore nostro. III, 383, a.

Utrum angelus possit a seipso vel ab alio praeterquam a Deo localiter moveri? III, 388, a et inde-405, b et inde.

Utrum sit dare ultimum instans in quo angelus quiescit in termino a quo? III, 394, a-417, a.

Ex hoc quod angelus, qui est impartibilis, movetur, non sequitur quod aliquod continuum ex indivisibilibus componatur. III, 405, b.

Non est inconveniens angelum nusquam esse; nec ex hoc sequitur eum non esse. III, 413, a.

Angelus non movetur in termino ad quem, vel a quo, aut in medio, sed in toto tempore composito ex instantibus. III, 414, a.

Quomodo per distantiam localem motus angeli possit impediri, et quomodo non? III, 414, b.

Licet instans temporis discreti ipsius angeli coexistat tempori nostro, non tamen posset in eo angelus moveri, sicut posset in tempore nostro. III, 415, a.

Motus angeli coexistit motui caeli; quis sensus? III, 415, b.

Non est inconveniens motum angeli esse tantum in duobus instantibus indivisibilibus, et motum corporis in infinitis, et tamen utrumque tantundem durare. III, 416, b.

Non apparet quin per Dei potentiam angelus moveri possit in instanti. III, 420, a.

Posset improprie dici angelum moveri in instanti. III, 420, b.

Angelus non potest moveri in vacuo. III, 421, a.

Angelus beatus non potest peccare, aut male velle. III, 422, b et inde.

Quare datur longior via hominibus quam angelis? III, 425, a.

Apprehensio cognoscitiva angeli in quo differat ab humana? III, 425, a.

Ad peccatum angeli duo concurrant ut causae. III, 426, a.

Utrum voluntas angelica immobiliter adhæreat alicui volito? III, 432, b et inde-455, a.

Ex primo bono actu voluntatis angelus non est effectus inpeccabilis. III, 449, b.

Angelus habet liberum arbitrium inflexibile post primam electionem; quis sensus? III, 449, b.

Liberum arbitrium mutatur in nobis ex causa intrinseca et extrinseca; non autem in angelis. III, 450, b.

Angelus potest habere ignorantiam simplicis negationis circa supernaturalia, non autem circa naturalia, sed omnimodam certitudinem, sicut et nos circa prima principia. III, 450, b-451, a et b.

Angelus, quidquid agit ad extra, agit per intellectum et voluntatem, et non per aliam potentiam mediam. III, 458, a.
 Cur actio angeli limitetur ad certum effectum? III, 458, b-462, a.
 Non quicumque aut quomodocumque potest velle angelus, potest agere. III, 460, b.
 Voluntatis angelicæ duæ sunt actiones: una immanens, alia transiens, quæ dicitur exsecutio. III, 461, a.
 Voluntas angeli, licet non quoad actum volendi, tamen quoad actum movendi, requirit approximationem. III, 462, b.
 Nullus angelus, bonus vel malus, ex sola naturalis virtute sua, potest cognoscere proprie et distincte cogitationes et affectiones cordis nostri. III, 463, b-475, a=vi, 218, a.
 Angeli possunt naturaliter videre species intelligibiles, non tamen usus earum in se; et quare? III, 464, a et b.
 Angeli possunt cognoscere cogitationes cordis, licet non in se, tamen in suis effectibus, et per accidens, dupliciter: videlicet ex signis corporalibus, et ex mutatione status per meritum et demeritum. III, 464, b-465, a.
 Quid boni vel mali angeli imprimere vel causare possint in intellectu nostro vel phantasia? III, 465, a et inde.
 Utrum angelus cognoscat seu videat conceptum alterius? III, 467, b-472, b.
 Unde est quod in angelis requiritur locutio ad cognoscendam cogitationem, et non ad cognoscendam naturam? III, 471, a et b-490, a.
 Cur cogitatio unius angeli non est ita cognoscibilis per alium sicut propria natura? III, 471, b.
 Angelus potest cognoscere actus omnium virium organicarum in se. III, 476, b.
 Quomodo angeli possint ordinare phantasmata? III, 477, a.
 Angelum corpori cœlesti perpetuo alligari est magnum incongruens. III, 487, a.
 In angelis est locutio. III, 489, b.
 Angelum loqui angelo nihil aliud est quam angelum ordinare conceptum mentis suæ ad alium, ut illi innotescat voluntas ejus. III, 490, a.
 Cogitatio angeli loquentis movet intellectum angeli audientis per imperium voluntatis antecedenter vel concomitanter. III, 490, b-494, a.
 Locutio in angelis differt ab illuminatione in duobus. III, 496, b.
 Angelus loquens, proprie loquendo, nihil de novo causat in angelo audiente, sed tantummodo in seipso. III, 491, b.
 Utrum signa quibus angeli loquendo manifestant suos conceptus, sint naturalia vel ad placitum? III, 492, a-494, a.
 Cogitatio angeli loquentis est causa sine qua non cognitionis sui in intellectu audientis. III, 494, a.
 Videre et audire apud sensum distinguuntur, non tamen in mente, et per consequens nec apud angelos. III, 494, a.
 Quid nutus, signum, linguaue in angelis? III, 494, a.
 Signum non proprie sed communiter dictum, est in angelis. III, 495, a.
 Cur locutio angeli ad angelum requirit signum, non autem locutio angeli ad Deum? III, 495, a.
 Angelus potest loqui uni, et non loqui alteri, et facere quod audiatur ab uno, et non ab alio. III, 495, b.
 Angelus, ex hoc quod audit, aliquid causat in seipso. III, 495, b.
 Angelus illuminans aliquid causat in illuminato, non tamen similiter ac Deus. III, 495, b.
 Angelus, nec loquendo, nec alio modo, potest causare speciem intelligibilem aut actualem intellectionem in alio. III, 496, b.
 Triplex lumen in angelis invenitur. III, 497, a.
 Unus angelus illuminat alium. III, 497, a et b.
 Prædicta illuminatio, quid? III, 497, b.
 Dissimiliter illuminat angelus et homo. III, 498, a.
 Illuminatio fit secundum duo: primum est intellectus confortatio; secundum est propositio veritatis proportionate capacitati illuminandi. III, 498, a et b.

Illuminatio angelica fit de rationibus divinarum operum, et non de pertinentibus ad deitatem in se, sicut de attributis aut relationibus. III, 498, b=v, 228, b.
 Utrum angeli illuminentur a solo Deo causaliter? III, 499, a-501, b.
 Utrum lumen intellectuale angeli possit intendi et remitti? III, 499, b-501, b.
 Utrum unus angelus illuminet alium ex hoc quod illi proponit veritatem magis particulatam? III, 500, b-503, a.
 Utrum illuminatio angelica possit esse respectu eorum quæ videntur in Verbo? III, 501, a-503, b.
 Penes quæ attendatur confortatio intellectus quæ sit in illuminatione angelica? III, 501, b-503, a.
 Cur intellectus angelicus possit agere in intellectum angeli et non intellectus hominis in humanum? III, 503, b.
 Essentia angeli non potest comparari ad intellectum creatum ut species intelligibilis, nisi ad proprium. v, 186, b.
 Angelus superior Gabriele naturali cognitione limpidius cognoscit Gabrielem per speciem Gabrielis, quam Gabriel cognoscit seipsum per essentiam suam. v, 188, b-189, a.
 Intellectio angeli est primo et directe intellectio sui. v, 194, b.
 Intellectus angeli non est imperfectus si non cognoscat ea ad quæ est in potentia obedientiali, sed si non cognosceret ea quæ sunt cognoscibilia virtute sui luminis. v, 222, a.
 Angeli videntes Deum non cognoscunt omnes rationes cognoscibiles rerum quas vident in Verbo. v, 229, b.
 In angelis meritum non præcessit præmium tempore, sed natura. v, 270, a.
 Angelus naturaliter diligit Deum inquantum est ei bonus; quis sensus? v, 347, b-365, b.
 Angelus naturaliter plus diligit Deum simpliciter et amore amicitie quam se. v, 369, b.
 Secundum quid determinetur locus angelo moventi orbem? vi, 206, a.
 Juxta S. Thomam, omnia quæ sunt fidei, sunt supra cognitionem naturalem angelorum. vi, 207, b.
 Angelus est indivisibilis alio modo ac punctus. vi, 210, b.
 Quid possit vel non possit cognoscere angelus circa sacramentum Eucharistie? vi, 214, b et inde-217, b-219, b.
 Angeli, a principio suæ beatitudinis, cognoverunt in Verbo quædam mysteria gratiæ, quædam vero in processu temporis per revelationem. vi, 216, a-217, b.
 Intellectus angeli et animæ separate non ita se habent ad intelligibilia ut sunt in seipsis. vi, 216, b.
 Cognitio angeli per species concreatas non se extendit nisi ad naturalia, etiam si aliqua supernaturalia essent minus entia et minus perfecta secundum genus suum quam naturalia. vi, 219, b.
 In angelis non potest esse peccatum veniale. vi, 421, b.
 Angeli cooperabuntur ad aliquid præambulum resurrectioni. vii, 31, b.
 Voluntas angelorum movet cælum mediante virtute. vii, 70, a.
 Contactus virtutis est ratio angelo et animæ separate existendi in loco. vii, 116, a.
 Intellectus angelicus non accipit a rebus species quibus intelligit. vii, 266, a, in fine.
 Angelus bonus vel malus posset propria virtute alligare animam separatam alicui corpori, a quo recedere non posset propria virtute naturali. vii, 281, b, circa finem-282, b.

ANIMA

In anima sunt quidam habitus naturales; et quomodo? i, 40, b.
 Anima, ad hoc ut sit beata, requirit duplicem unionem ad objectum beatificum, sed diversimode. i, 83, a.
 Quomodo anima intelligat se in presenti statu? i, 130, a et b-138, a.
 Anima separata, propter alium essendi modum, alium quoque intelligendi modum habet. i, 137, b.

Anima non est suae potentiae. I, 189, a et inde = III, 251, a et b.

Utrum ex hoc quod potentia et actus dividunt quodlibet genus entis, sequatur quod potentiae animae realiter distinguantur ab anima? I, 189, b et inde.

Utrum ex hoc quod anima est forma et actus, sequatur ipsam distingui realiter a suis potentiis? I, 191, a et inde.

Quomodo anima causat intelligere? I, 191, b.

Utrum ex hoc quod essentia animae est una et potentiae sunt plures, quod quaedam potentiae sunt actus corporis et quaedam non, et quod una potentia movet aliam, sequatur animam realiter distingui a suis potentiis? I, 192, b et inde.

Potentiae animae sunt instrumenta ejus ad agendum. I, 193, b.

Utrum ex hoc quod anima non est agens primum, sequatur ipsam non agere per essentiam, et sic hanc essentiam realiter distingui a potentiis? I, 194, a.

Res habent duplicem habitudinem ad animam. I, 194, b.

Anima est quodammodo omnia: quis sensus? I, 195, a = II, 349, a.

Utrum ad nobilitatem animae pertineat quod per essentiam operetur? I, 198, a et b-204, a et inde.

Utrum anima secundum sui essentiam sit imago vel ad imaginem Dei? I, 199, b-211, a.

Quomodo anima intelligat seipsam per intellectum possibilem, nec tamen moveat seipsam secundum eundem? I, 206, a.

Anima est capax Dei naturaliter ut principium primum, non proximum? I, 211, a.

Implicat contradictionem animam vel quodlibet aliud subiectum separari a suis propriis passionibus. I, 211, b.

Separato, per impossibile, intellectu ab anima; quomodo diceretur ipsa posse intelligere? I, 212, a.

Potentiae animae fluunt ab anima immediate. I, 212, b.

Qualis est divisio animae in suas potentias secundum Commentatorem, et qualis secundum veritatem? I, 213, a et inde.

Non eodem modo comparantur potentiae et actus animae ad animam sicut color et figura ad suum subiectum. I, 220, a.

Impossibile est animas prius creari et postea infundi. I, 290, b.

Individuatio animae rationalis dependet a corpore quantum ad suum principium, non autem quantum ad suum finem. I, 290, b = III, 248, a et inde = IV, 360, a.

Distinctio numeralis inter animas rationales, et distinctio gradus in eis, causantur ex diversitate corporum, seu ex diversa commensuratione ad corpora. I, 291, a = III, 248, b = IV, 359, b-360, a.

In animabus rationalibus sunt diversi gradus ejusdem speciei. II, 126, a = IV, 359, b.

Anima est magis disposita ad charitatem uno tempore quam alio, propter majorem conatum. II, 126, b.

Capacitas animae ad gratiam, quamvis sit semper finita in actu, potest tamen in infinitum augeri. II, 134, b.

Capacitas naturalis animae ad charitatem non est in potentia proxima ad quaecumque charitatem, sed solum ad sibi proportionatam; sed, illa habita, fit capacior, dum insurgit nova potentia. II, 135, a-137, b.

Animae ultima perfectio ad quam potest pervenire, quanam est? II, 349, a.

Anima separata non dolet dolore sensitivae partis. II, 366, b.

Anima intellectiva non est forma a materia dependens. II, 367, b = VII, 41, b.

Anima, ex hoc quod unitur materia, arctatur in sua operatione. II, 368, a.

Anima separata intelligit per species ex influentia divini luminis participatas. II, 368, a-392, b.

Utrum animae separate distinguantur numero per habitudinem ad diversa corpora, seu per diversa esse que in corpore receperunt? III, 219, a-248, a et b.

Animam intelligere cum discursu et sine, sive respectu principiorum et conclusionum, sive respectu cognitionis in Verbo, et in propria natura, non arguit in ea esse diversas potentias intellectivas. III, 246, a.

Respectus commensurationis animae ad corpus proprium est de formali ratione non animae in communi, sed hujus, inquantum haec. III, 249, a.

Unde praedictus respectus habeat quod sit visus in se et distinctus ab aliis? III, 249, b.

Anima est causa corporis in triplici genere causae. III, 289, a.

Anima hominis et angelus similiter ordinantur ad beatitudinem. III, 364, b.

Operationes animae et passionem non sunt in tempore nisi per accidens. III, 374, a.

Non est dare ultimum instans in quo anima fuit in culpa, sed ultimum tempus; primum quoque instans in quo est in gratia. III, 374, b.

Anima movetur localiter per accidens. III, 380, a.

Cur sanctae animae caelos potentes quandoque transeunt media loca? III, 413, b.

Unde oriatur obstinatio in anima separata? III, 453, a.

Anima conjuncta, est causa suae obstinationis, in fieri; in instanti vero separationis, in facto esse; in quo instanti non demeretur, sed puniatur pro demeritis. III, 453, b.

Anima non habet divinandi virtutem. III, 466, b.

Natura et virtus animae ex operatione dignoscitur. III, 478, a.

Comparatio animae ad formam caeli in nobilitate. IV, 48, a-76, b.

Anima rationalis potest esse subiectum multarum transmutationum. IV, 38, b.

In homine non est alia anima quam anima rationalis. IV, 49, b et inde.

Anima vegetativa, sensitiva et intellectiva in homine sunt una numero. IV, 50, a et b.

In homine, praeter animam rationalem, non sunt ponendae formae elementares dantes esse actu materiae. IV, 51, a et inde.

In homine non est alia forma substantialis praeter animam intellectivam dans esse actu substantiale. IV, 53, a et inde.

Utrum per animam intellectivam sit in homine forma corporeitatis. IV, 59, b et inde-90, b et inde.

Utrum praeter animam intellectivam sint in homine aliae formae substantiales secundum distinctionem partium heterogenearum? IV, 62, b-97, b et inde.

Opinio de pluralitate animarum est haeresis Manichaeorum. IV, 67, b.

In eodem homine esse simul appetitus contrarios respectu ejusdem objecti, non arguit pluralitatem animarum in eodem, sed potentialium. IV, 68, a et b.

Non anima per se, sed conjunctum, est principium et subiectum sensationis. IV, 68, b.

Anima rationalis est terminus generationis et creationis, aliter tamen et aliter; similiter et ejus esse. IV, 71, b-72, a-73, a et b.

Dispositiones ad introductionem animae intellectivae in materia, quae et quot et a quo sint, et quomodo possint vel non possint stare cum illa? IV, 71, b-73, a et b = VII, 47, b-48, a et b.

Ordo varius secundum prius et posterius inter animam per generationem introductam et dispositiones ejus. IV, 75, b.

In quibus monstris sint duae animae? et quomodo vel a quibus illarum animarum informetur pars non monstruosa? IV, 77, b.

Quomodo anima determinet ad accidentia cadaveris? IV, 85, b-86, a.

Anima non informat sanguinem. IV, 98, b = VI, 191, a et b.

Licet anima hominis non sit ab homine, omnis tamen effectus ejus formalis in corpore est ab homine. IV, 100, b.

Anima et corpus non se habent proprie ut materia et

forma sed solum secundum quādam similitudinem. iv, 101, a.

Anima est actus corporis organicī; quis sensus? iv, 101, a.

Quomodo corpus possit dici materia animae, cuius tamen ipsa anima, secundum aliam rationem, est pars? iv, 101, a et b.

Anima est forma entis in actu, et entis in potentia, secundum diversas rationes. iv, 101, b.

Anima est primum movens corpus conjunctum et dispositum, potentia autem sensitiva et appetitiva est movens proximum. iv, 101, b = vii, 286, b.

Quomodo anima diversimode sit movens et motum? iv, 102, a-223, b-224, b.

Operationum animae quaedam sunt naturales, et quaedam animales. iv, 102, a.

Idem est esse omnium partium ab eadem anima informatarum, et etiam materiae vel partis post advenientis. iv, 102, b et inde.

Anima intellectiva non educitur de potentia materiae. iv, 122, a.

Anima intellectiva nec per se nec per accidens quanta est. iv, 131, b-138, b.

Sola anima rationalis est simpliciter tota in toto, et tota in qualibet parte; aliae vero formae, secundum quid. Quis sensus? iv, 138, b et inde = vi, 46, b.

Anima fit deiformis per gratiam. iv, 266, a.

Quomodo defectus materiae possit in defectum animae rationalis? iv, 349, b et inde-355, b.

Utrum animae humanae sint aequales quantum ad proprietates ipsas proprias? iv, 361, a-362, a-363, a-366, a.

Utrum plures animae rationales, vel plures formae substantiales ejusdem speciei possint esse inaequales secundum essentiam? iv, 361, a et b-363, a et b.

Unde individuaretur anima rationalis si extra corpus crearetur? iv, 366, a.

Anima rationalis, quomodo prius fiat vel non fiat quam compositum? v, 83, b.

In anima gratia duo principaliter facit. v, 165, b.

Duplex est passio qua anima in corpore constituta patitur per accidens, etiam ut praecedit secundum rationem suas potentias. v, 248, a et b.

Quomodo anima et corpus et vires utriusque se invicem influunt et effluunt quod in aliquo eorum superabundat? v, 250, a.

Impassibilitas pertinet ad gloriam animae. v, 258, a.

Anima separata sua naturali virtute non potest movere aliquid corpus. v, 281, b = vii, 279, b.

Animae separatae, secundum conditionem suae naturae, non debetur proprie locus aut situs, sed solum secundum quādam congruentiam ad merita vel demerita, et per contactum virtutis. v, 282, a et b = vii, 281, a.

Anima humana separata potest pati et affigi ab igne corporeo; et quomodo? v, 282, a = vii, 96, b.

Potentiae naturales et supernaturales animae quomodo respiciunt ipsam essentiam animae? vi, 102, b.

Anima est differentia substantialis. vi, 187, b.

Quomodo anima perfecti animalis habeat totalitatem qua sit vel non sit tota in toto, et tota in qualibet parte? vi, 195, a.

Anima est alio modo indivisibilis quam punctum vel unitas. vi, 210, b.

Transeunte actu peccati, unde dicatur anima formaliter peccatrix? vi, 310, a-314, a.

Pulchritudo animae in quo consistat? vi, 310, b.

Anima in gratia existens habet duplicem nitorem. vi, 311, a.

Secundum Aristotelem et Peripateticos et Stoicos anima rationalis est immortalis. vi, 372, a.

Anima potest dici totum potentiale respectu animae intellectivae, sensitivae et vegetativae; licet secundum aliam rationem anima intellectiva possit dici totum potentiale respectu aliarum. vi, 476, b.

Utrum *esse* animae intellectivae sit totale *esse* hominis? vii, 13, a-27, b.

Anima conjuncta habet perfectius *esse* quam separata; quis sensus? vii, 27, b-28, a-45, a.

Animam rationalem esse immortalem multipliciter demonstratur. vii, 30, a et inde.

Utrum rationes S. Thomae probantes animam humanam non posse perpetuo manere extra corpus sint efficaces? vii, 34, a-44, b et inde?

Utrum anima separata possit virtute propria se unire corpori organico disposito? vii, 34, b et inde-46, b et inde-49, a.

Utrum unio animae ad corpus sit quid positivum? vii, 35, a-48, b.

Apprehensio qua anima rationalis apprehendit immortalitatem esse sibi possibilem et appetibilem, ratione naturali convincitur esse recta et non erronea. vii, 38, b.

Anima non est in corpore sicut nauta in navi. vii, 41, a.

Licet anima sit *hoc aliquid* uno modo, non tamen est suppositum vel persona. vii, 41, a-42, a et b.

Anima separata inclinatur ad corpus. vii, 45, a.

Unio animae ad corpus tria potest importare. vii, 46, b.

Impossibile est unam animam diversis corporibus uniri. vii, 53, a.

Anima separata potest naturaliter aliquid intelligere. vii, 259, b.

Anima separata nihil intelligit per species acceptas a rebus cognitis, aut abstractas ab eis post separationem ejus a corpore, vel in statu talis separationis. vii, 259, b.

Anima separata quandoque intelligit per species quas recepit a rebus dum erat in corpore. vii, 259, b.

Anima separata quandoque intelligit per species in ipsa sua separationem a corpore sibi divinitus infusas. vii, 259, b.

Anima separata quandoque intelligit videndo substantias separatas. vii, 259, b.

Intelligere per species ex influentia divini luminis participati non est contra nobilitatem animae humanae. vii, 268, a.

Taliter intelligere convenit animae naturaliter. vii, 268, b et inde.

Species influxa animae separatae non est ejusdem rationis cum specie acquisita ab anima corpori conjuncta. vii, 269, a.

Species influxae in animalibus separatis sunt universiores speciebus acquisitis. vii, 269, a.

Cognitio animae separatae per species influxas est universalis et confusa in comparatione illius cognitionis quam habet per species acquisitas. vii, 269, b.

Perspecies influxas habent animae separatae cognitionem etiam individuorum, et etiam quantum ad existentiam. vii, 270, b.

Unde est quod cognitio angeli et animae separatae per species influxas se extendit usque ad singularia, non autem cognitio per species acquisitas? vii, 271, a.

Circa cognitionem singularium aliter se habet angeli intellectus, et aliter intellectus animae separatae. vii, 271, a.

Anima separata non cognoscit omnia singularia. vii, 271, b.

Anima separata potest cognoscere intuitive omnia singularia per species infusas, non autem per acquisitas. vii, 271, b.

Anima separata per species influxas non solum singulare sed etiam omnia accidentia ejus cognoscit. vii, 272, a.

Anima separata, secundum naturalem cognitionem, nescit quae hic aguntur. vii, 272, b.

Nec angelus nec anima separata potest per intellectum aliquid recipere a re materiali. vii, 272, b.

Anima separata capacitate naturae est magis capax influxus specierum quam reassumpto corpore glorioso; secus capacitate gratiae. vii, 275, a.

Corpus est propter animam, et non e contra. vii, 276, b et inde.

Ad quid unitur anima corpori? vii, 276, b et inde.

Anima separata, virtute divinitus sibi collata, potest movere localiter corpora. vii, 280, a.

Sola divina vel angelica virtute fit quod animae separatae viventibus appareant. vii, 282, a.

Anima separata habet aliquam potentiam motivam non solum organice, sed etiam totius simul et ex aequo, loquendo de corpore post resurrectionem sibi conjuncto. vii, 283, b et inde.

Anima, mediante motu cordis, qui ab ea immediate est, movet alia membra vii, 284, b-286, a.
Aliud est motivum objectum angeli, et aliud animae separatae vii, 287, b.

ANIMAL

In generatione animalis alius est processus naturae quam in generatione simplicium. iv, 72, b.
Quare proprium corpus magis dicatur corpus meum, vel substantia mea, quam animal meum? iv, 96, b.
Est quidam motus in animali non per apprehensionem et appetitum. iv, 102, a.
Partes heterogeneae animalis non differunt in forma substantiali, sed in multis aliis, per formam substantialem. iv, 102, b.
Quatuor humores non sunt pars actu animalis. vi, 191, a.

ANIMATUM

Animatum movet se motu augmenti, sed non per se primo. iii, 397, a.
Quomodo animatum differat ab inanimato in hoc quod est moveri? iii, 399, b.
De animatione corporum coelestium, quid? iii, 477, b et inde.
Esse carneum quomodo sit vel non sit esse animatum? iv, 102, b.

ANNIHILATIO

Nulla creatura habet in se potentiam per quam possit annihilari. i, 466, b.
Utrum annihilatio sit possibilis? iii, 43, b-72, b.
Ad annihilationem, quae requirantur? iii, 111, b-vi, 240, b-242, a-449, a.
Nulla res annihilatur. iii, 111, b-112, a.
Annihilatio omnium rerum nullum malum esset. iv, 400, b.
Doctrina Scoti fuit occasio perversae haeresis Wiclefistarum, et magnum ei praebuit fomentum, quod nihil possit penitus a Deo annihilari vel creari. v, 103, b-104, a.
Differentia inter annihilationem et corruptionem. vi, 240, b.

APPARENTIA, APPARERE, APPARITIO

Non apparentia non est formalis ratio intrinseca objecti fidei vel nostrae theologiae, sed conditio huius objecti, in quantum habet movere ad actum. i, 44, a.
Unde res dicatur formaliter apparens in intellectu; quidque sit etiam fundamentum et causa talis intellectualis apparentiae? ii, 358, b-360, b.
Quenam est causa apparitionum naturalium? iii, 466, a et inde.
Formalis apparentia objecti apprehensi, id est, visio ejus, vel species quae est ratio videndi, non oportet quod sit tanta praecise et adaequate realiter, quanta est apparentia objectiva; secus in *esse* representativo. v, 189, a.
Duplex est apparentia formalis, et duplex objectiva; et quomodo comparentur ad invicem secundum *esse* perfectius et imperfectius? v, 189, b et inde.
Apparitio carnis vel pueri in sacramento Eucharistiae contingit dupliciter. vi, 289, b.

APPETIBILE-APPETIBILITAS

Appetibile a voluntate est duplex. i, 402, b.
Utrum ratio boni sit ratio appetibilis? i, 184, b-188, b-iv, 383, a-387, b.
Ista est per se in primo modo: *Bonum est appetibile*. i, 188, a.

Appetibile non est formaliter et per se prima ratio boni. iv, 387, b.
Appetibilitas est de ratione boni: quis sensus? iv, 387, b.

APPETITUS

Appetitus est triplex in homine: scilicet naturalis, sensitivus et intellectivus. i, 64; a-217, a-ii, 564, b-iv, 186, a-459, b.
Prima passio appetitus est amor. i, 76, a.
Appetitus tendit per naturam in finem; in quonam sensu? i, 97, a-vi, 187, a.
In omni nostro appetitu appetitur beatitudo: quis sensus? i, 97, b-98, b.
Utrum appetitus sensitivus differat a sensu? i, 202, b-219, a.
Appetitus non sequitur quemlibet sensum, sed solum estimativum. i, 219, a.
Appetitus non competit Deo secundum propriam rationem. ii, 566, a.
Ab appetitu sensitivo non distinguitur potentia executiva movens corpus animalis, licet sit alia potentia executiva habilitans membra. iii, 54, a.
Quantum ad intensionem actus, appetitus potest excedere apprehensionem, non autem quantum ad objecta. iii, 352, a.
Appetitus respicit res contrario ordine ac potentia apprehensiva. iii, 355, b.
Malum non potest esse in appetitu Dei et brutorum; in appetitu hominis potest esse dupliciter; in substantiis separatis, uno modo tantum. iv, 186, a.
Bonum importat respectum ad appetitum. iv, 380, b.
In appetitu naturali inveniuntur tria, conformiter ad tria quae inveniuntur in appetitu animali. v, 342, b.
Appetitus finis est absque termino et fine; non autem appetitus eorum quae sunt ad finem. v, 357, b.
Creatura potest appetere suum non *esse* de per accidens, non autem per se. v, 367, b.
Appetitus naturalis non semper primo respicit bonum convenientius appetenti. v, 368, a.
In appetitu sensitivo sunt subjective aliquae virtutes morales. v, 389, a.
Utrum virtutes morales sint subjective aequaliter in utroque appetitu, scilicet sensitivo, et intellectivo? v, 394, a-402, b.
Appetitus quomodo rationem sequatur, vel non sequatur? v, 428, b et inde.
Dupliciter contingit esse malum in appetitu. v, 429, b.
Duplex appetitus seu affectus est in habente charitatem. vi, 420, b.
Objectum appetitus est minus nobile quam objectum rationis. vii, 162, a.
Utrum actus appetitus naturalis sit actus elicited? vii, 169, b-179, a et inde.
Appetitus naturalis quo voluntas naturaliter vult finem est actus elicited; et idem dicitur de appetitu sensitivo respectu sui objecti; non autem sic appetitus naturalis in non cognoscentibus. vii, 179, a et b.
Appetitus naturalis hominis quomodo sit impossibile? vii, 181, b.
Ad hoc quod appetitus creaturae rationalis sit rectus, oportet quod appetat Deum explicite, actu vel habitu. vii, 188, b.

APOSTOLUS

Apostoli in sacramentis utebantur certa forma verborum. vi, 44, b.
Quare Apostoli non consecraverunt, Christo consecrante, in cena, presbyteri tamen, in sua ordinatione, Episcopo concelebrant? vi, 286, a.

Quomodo intelligitur verbum Apostoli, *Colos. I* (v. 24), quod dicit se implere ea quae desunt passioni Christi in suo corpore? vi, 463, b.

APPREHENSIO, APPREHENSIVUM

Quomodo sensus sit apprehensivus vel non-apprehensivus relationum? ii, 299, b.

Apprehensio potest excedi ab appetitu quantum ad intentionem actus, non autem quantum ad objecta, iii, 352, a.

Potentia apprehensiva respicit res contrario ordine ac potentia appetitiva, iii, 355, b.

In quo apprehensio cognoscitiva angeli differat ab humana? iii, 425, a.

Duplex est apprehensio in homine, superiori regula dirigenda, iv, 186, a.

In apprehensivis potentiis duplex est passivum, v, 437, a.

AQUA

A quo reducitur aqua ad frigiditatem post calefactionem? iii, 397, a = vi, 268, a et b.

Separatio aquae a ligno, dum comburitur, non est resolutio ejus in elementa, iv, 78, a-79, b.

Aquam, vel alium humorem, potest ignis generare, sed per accidens, iv, 79, b.

Aqua quandoque naturaliter movetur sursum, v, 368, a.

Sola illa aqua baptismalis quae tangit corpus baptizati, in ultimo instanti prolationis verborum, habet virtutem sacramentalem, vi, 38, a.

Aquam furari, ad parvulum in extrema necessitate baptizandum, non est licitum, vi, 120, b-121, a.

ARGUMENTUM

Argumentum a transmutata proportionem non semper tenet, ii, 56, b-57, a.

Argumentum ab auctoritate negativa non valet, ii, 157, a.

ARISTOTELES

Quenam fuit mens Aristotelis de cognitione substantiarum separatarum a nobis in hac vita? i, 137, a-138, a et b.

De mente Aristotelis et Commentatoris, aliqua necessaria habent causam suae necessitatis, i, 169, a.

Patet de mente Aristotelis primum agens esse ultimum finem, i, 169, a et b.

Aristoteles et Commentator potentiam passivam in Deo negant, non autem activam, i, 279, a.

Juxta mentem Aristotelis et Commentatoris non tantum voces sed etiam res ad extra praedicantur, i, 408, a et inde.

Secundum Aristotelem, Deus est causa efficiens corporis caelestis, iii, 78, a.

Juxta Aristotelem et Commentatorem, in toto tempore continuo, est idem *nunc* seu instans secundum essentiam, sed multa instantia secundum rationem, iii, 147, a et inde-178, a et b.

In quonam sensu, juxta Aristotelem et Commentatorem, impossibile sit aliquam rem durare nisi per instans? iii, 181, b.

Non est de mente Aristotelis angelum componi ex materia et forma, iii, 222, a et inde.

Quid sentiant Aristoteles et Commentator de motore gravium et levium? iii, 402, a et inde.

Quid senserit Aristoteles de animatione corporum caelestium? iii, 478, b-479, a.

Aristoteles tenuit in caelo esse proprie materiam, iv, 11, b. Secundum Aristotelem et Commentatorem tripliciter *non ens* dicitur, iv, 33, b.

Cur Aristoteles distinguat inter inixtionem, generationem et corruptionem? iv, 81, a.

De exemplis Aristotelis non est semper curandum, iv, 101, a.

Expresse est contra Aristotelem opinio quod accidens non sit res distincta a subjecto, iv, 154, a.

Secundum Aristotelem, essentia naturae compositae non est simplex, v, 22, b.

ARS

Ars syllogistica non infringitur ex positione trium personarum in unitate essentiae, i, 153, a et b.

Ab arte divina differt providentia secundum rationem, ii, 480, a.

Cur agens per artem praesupponat in sua actione effectum naturae? iii, 100, a et b-107, a et b.

Virtus est ars recte vivendi. In quonam sensu? v, 399, b.

In artibus non est connexio sicut in virtutibus moralibus, v, 439, a et b-442, a.

Artis instrumentum non solum formaliter, sed etiam effective agit, vi, 51, b.

ARTICULUS

Utrum articuli fidei sint principia nostrae theologiae? i, 4, b-9, b et inde — 17, b et inde.

Articulus iste Parisiensis: *Creatio non est mutatio ad esse*, — *Error*, in quonam sensu debeat intelligi? iii, 28, b.

Quomodo articuli Parisienses non militent contra doctrinam sancti Thomae? iii, 134, a = vii, 69, a.

Utrum per Dei virtutem possit homini communicari certa et evidens cognitio de articulis fidei? iv, 193, a et inde — 197, b et inde.

Unum articulum fidei discredens, non credit alios articulos ex habitu fidei, v, 310, a-316, b.

Circa eundem articulum fidei, cui communiter assentiunt catholicus et haereticus, differens est eorum adhesio, v, 319, a.

Non stat error in aliquo articulo fidei cum habitu fidei, v, 319, b.

Cur articuli fidei non sunt visi, sicut sunt visa principia demonstrationum? v, 337, b.

Articulus fidei specialis est de Sacramento Eucharistiae, vi, 233, a.

Articulus iste Parisiensis: *Dicere quod, cessante motu caeli, si ignis esset juxta stuppam, non combureret illam*, — *Error*, in quonam sensu intelligitur? vii, 107, b.

ARTIFICIALE, ARTIFICIATUM

Quisnam est processus in productione artificiatum? ii, 464, a et b.

Cur formae artificiales, cum non habeant causam in subjecto in quo fiunt, non dicantur creari? iii, 115, b.

Cur rei artificialis factio non est naturalis? iii, 397, b.

Cur in introductione formae artificialis non corrumpuntur praeviae dispositiones? iv, 35, b.

ASSENSUS

Quis assensus scientificus, et quis non? i, 12, a.

Res non est proximum objectum assensus, ut assensus, sed ut cognitio; nec dicimur rei assentire nisi prout est in cognitione, i, 53, a et b.

Assensus in ea quae sunt fidei procedit ex duplici causa, v, 309, b.

Unico assensus actu assentimus quod Deus est trinus et unus, et quod Deus hoc revelavit, v, 317, a.

Assensus quod Deus revelaverit credenda, licet aliquid

presupponat, nullum tamen alium assensum presupponit, ex quo causetur. v, 320, a.

Quomodo assensus fidei differat ab assensu scientifico et opinativo; et quomodo se habeant ad invicem isti assensus? v, 331, b et inde-333, a et b.

Assensus fidei est firmitior, quam assensus scientie. v, 336, a.

ASSIMILARI

Dupliciter assimilari potest effectus suis causis. ii, 553, a.

Quare proles magis quandoque assimilatur matri quam patri? v, 47, a.

ASSUESCERE

Quare res naturales non assuescant? v, 391, a et b.

ASSUMERE, ASSUMPTIO

Possibile fuit et est eandem numero humanitatem assumi et assumptam esse a tribus vel duabus personis divinis simul. v, 2, a.

Natura divina, abstracta personalitate relativa per intellectum, posset assumere naturam humanam. v, 2, b et inde.

Natura divina, suppositis personalitatibus quas fides ponit, non primo, sed quasi secundario assumpsit naturam humanam. v, 3, a.

Utrum una natura sic posset assumi a tribus personis, quod primus terminus unionis esset persona? v, 4, a-8, a et inde — 10, a.

Qualis et quotyplex sit dependentia nature assumptae ad personam assumentem? v, 8, a-12, a.

Assumptio ex parte personae assumentis, quid? v, 8, a et b.

Per quid persona divina terminet dependentiam nature assumptae ad se? v, 8, b-12, a et b.

Natura in supposito proprio non potest assumi ab altero supposito, etiam divino. v, 10, a.

Si tres personae assumpsissent eandem naturam humanam, tres personae essent unus homo. v, 12, b.

Deus, de potentia absoluta, posset assumere naturam lapidis, vel alterius creaturae irrationalis. v, 13, b.

Congruum fuit solam naturam humanam assumi, propter tria. v, 13, b et inde.

Filius Dei non solum assumpsit animam et corpus humanum, immo etiam tertiam entitatem resultantem ex illis sicut totum resultat ex partibus. v, 14, a.

Non sola natura est assumptibilis a divina persona, cujus aliqua potentia est elevabilis ad unionem et fructuionem Dei, quia assumptio non est ad operationem ejus. v, 18, a-21, a.

Secundum Bernardum de Gannato, Deus posset assumere naturam in qua est peccatum, et naturam damnati; et non esset inconveniens tunc dicere Deum esse peccatorem, vel damnatum. v, 20, a.

Nulla natura a divino supposito si esset assumpta, esset peccabilis. v, 20, b.

Si Deus assumpsisset naturam lapidis, verum esset dicere quod esset lapis. v, 20, b.

Humanam naturam assumptam Verbum in morte non deposuit. Quis sensus? v, 21, b.

Utrum terminus assumptionis sit persona, vel potius respectus unionis? v, 53, b-56, b-61, a et inde.

Unio in Christo differt realiter ab assumptione; et quidem inter utramque est quintuplex differentia. v, 53, b-54, a.

Qualis indivisio possit concedi inter naturam assumptam et personam assumentem? v, 57, b.

Filius Dei non assumpsit naturam humanam in universali,

prout universalis est, nec ab individuis separatam vel abstractam. v, 85, a.

Filius Dei non assumpsit quancunque personam, hypostasin vel subsistentiam. v, 86, a.

Materia prima, denudata a quacunque forma, non est assumptibilis a Verbo. v, 109, b.

Erroneum est dicere quod humana natura prius fuerit, vel prius perfecta, quam a Verbo assumpta. v, 118, a-123, a.

Quidquid Deus plantavit in natura, illud assumpsit, juxta Damascenum. Quis sensus? v, 122, a.

Non omnis perfectio hominis debuit assumi a Verbo. v, 122, b.

Actio ejus principium est natura assumpta, plus imputanda est supposito assumenti quam non assumenti, vel quam actio nature non assumptae. v, 162, a.

Persona divina non potest assumere naturam hominis damnati. v, 164, b.

In quonam sensu totus homo, in resurrectione, denuo a Christo assumptus est. v, 273, a.

Utrum corpus Christi sit in Eucharistia per assumptionem panis? vi, 225, a-237, a.

In quonam sensu panis et vinum assumuntur et ununtur divinitati? vi, 231, b-232, a.

Cur sacramentum Eucharistiae dicatur sacramentum assumptionis? vi, 232, a.

ATTRACTIO

Quid est motus attractionis et impulsiois? iii, 400, b.

Attractio in qua attrahens est quiescens, et attractum motum, quid sit? vi, 41, b.

ATTRIBUTALE, ATTRIBUTUM

Rationes attributorum in quo sint subjective, in quo fundamentaliter; et quomodo duplicem firmitatem habent? i, 160, b-161, a-405, a-414, a.

Attributum, ut attributum, non est principium alicujus actus divini ad intra, vel ad extra; sed bene res cui mens attribuit rationem attributi. i, 283, a et b.

Sapientia, bonitas, et omnia hujusmodi attributa, sunt omnino unum re in Deo, et nullatenus extra intellectum distincta. i, 372, a et inde.

Divina attributa distinguuntur ratione. i, 373, a et inde.

Non solum attributa sunt in Deo, sed etiam rationes attributorum. i, 375, a.

Causa pluralitatis rationum attributorum est Dei pletha perfectio, et nostri intellectus limitatio. i, 375, a et inde-395, a.

Utrum attributa importent determinatam rationem in recto principaliter? i, 380, b-400, a et inde.

Rationes attributorum non sunt indivisae in se et divisae ab aliis ante opus intellectus. i, 391, a.

Plures rationes attributorum dicunt quid est res; non tamen dicunt duo esse vel duas quidditates. i, 393, a.

Nullus conceptus attributalis significat vel representat totaliter divinam essentiam, licet significet totam. i, 393, b-402, b-403, a.

Diversa attributa idem eodem modo predicare, contradicit dictis sanctorum. i, 394, b.

Distinctio attributorum insurgit ex opere intellectus comparantis Deum ad creaturas, et considerantis etiam Deum in se. i, 395, a-411, b.

Nomina attributalia significant divinam essentiam remote; proxime vero conceptus creaturarum. i, 407, a.

Nomina attributalia significant eandem rem et secundum eundem modum predicandi, id est, absolute, predicantur de Deo. i, 407, b.

Nomina attributalia praedicant divinam essentiam, et signi-

fleant idem materialiter, non autem formaliter, sed ejus perfectiones. i, 407, b.
Rationes attributorum habent proximum fundamentum in Deo. Quis sensus? i, 412, a-413, b.

ATTRITIO

Attritionem debite circumstantionatam non potest habere peccator ex puris naturalibus. iv, 298, a et b.
Sine attritione nullum est sacramentum penitentiae. vi, 386, a.

AUCTORITAS

Auctoritas immediate fidem, sed mediate potest generare scientiam. i, 16, a.
Argumentum ab auctoritate negativa non valet. ii, 157, a.
Auctoritas Ecclesiae praefertur auctoritati sanctorum Doctorum. vi, 114, a.

AUGERE, AUGMENTUM

Quomodo potest augeri scientia? i, 33, b-40, a = ii, 97, b-99, a.
Augmentum contingit fieri diversimode in diversis accidentibus. i, 33, b.
Augeri potest charitas creata. ii, 94, a.
Non potest augeri charitas isto modo quod charitas addatur charitati. ii, 95, a.
Ponere charitatem augeri hoc modo quod magis firmetur in subiecto, et quod non augeatur essentialiter, implicat contradictionem. ii, 96, a.
Augeatur charitas per hoc quod educitur de imperfecto ad perfectum. ii, 96, b.
Augmentum charitatis simile est augmento qualitatum naturalium, licet origo ejus differat ab origine illarum. ii, 96, b.
Utrum augeatur charitas per adventum alterius charitatis perfectioris et corruptionem prioris? ii, 114, a et inde-128, a et inde.
Terminus in augmento alicujus formae potest praefigi tripliciter. ii, 131, a = v, 170, b.
Augeri potest in infinitum charitas, non sic tamen quod sit augmentum ejus in infinitum, vel sine termino. ii, 134, b.
Formam non posse augeri contingit dupliciter. ii, 136, b.
Non potuerunt augeri gratia, charitas, et hujusmodi perfectiones Christi, neque ex parte gratiae et charitatis, neque ex parte subiecti. ii, 137, a = v, 171, a-173, a.
Augeri potest bonitas accidentaliter creaturae, non autem essentialis. ii, 137, a.
Augmentatio formae indivisibilis non potest esse continua, sed augmentum ejus est in instanti vel instantibus. ii, 142, a et inde.
Non quilibet actus augeat habitum; sed quidam disponunt. ii, 142, b.
Unde est quod augeatur habitus per diuturnitatem actus? ii, 143, a.
Quomodo potest dici augeri forma simplex? ii, 144, b.
Animatum movet se motu augmenti, sed non per se primo. iii, 397, a.
Per se augeri contingit dupliciter. iv, 128, a.
In motu augmenti, aucto toto, augeatur quilibet ejus pars. iv, 123, a.
Utrum in augmento proprie dicto quantitas quantitati succedat? iv, 141, b et inde-159, b et inde.
Rarefactio est causa augmenti, et e converso, secundum diversam. iv, 168, b.
Augeri potest naturalis scientia beatorum usque ad diem judicii, sed non ultra, v, 207, a.
Quaedam facilitas actus augeat meritum. v, 296, b.

Non augeatur forma requirens praeviam dispositionem in subiecto, si non augeatur dispositio. vi, 22, b.
Non est aucta charitas Christi, quamquam quolibet actu merebatur. vi, 319, b.

AUXILIUM

Sine speciali auxilio Dei nullus homo potest se preparare ad gratiam. iv, 286, a-322, a et b.
Auxilio divino dupliciter indiget homo ad recte vivendum. iv, 297, b.
Auxilium divinum necessarium ad resistendum tentationibus. iv, 313, a et inde.
Divinum auxilium nulli deest, nisi praestanti impedimento. iv, 321, b.
Auxilium speciale Dei potest accipi dupliciter. iv, 322, b.

AVERSIO

Aversio est sicut formale in peccato. vi, 314, a.
Aversio a Deo, in peccato, est infinita. vi, 330, b.

BAPTISMUS

Per baptismum non integre restituitur justitia originalis. iv, 353, b.
Baptismus confert gratiam et virtutes. v, 406, a = vi, 44, a et inde.
Non obstante quod baptismus conferat gratiam et virtutes, baptizati patiuntur difficultatem ad bonum, et instruendi sunt in fide et moribus. v, 406, a et b.
Multiplex est indispositio voluntatis ad ultimum effectum baptismi. vi, 32, a.
In sacramento baptismi simul debet esse prolatio verborum et ablutio corporum; et aqua, cum tangit corpus, in ultimo instanti prolationis, habet virtutem sacramentali. vi, 38, a.
Materia propria baptismi non necessario benedicitur. vi, 38, a.
Multiplex baptismi institutio. vi, 46, a.
Baptismus primo fuit institutus in baptismo Christi, et per contactum aquarum per carnem Christi; licet habuerit efficaciam tunc per Christi passionem futuram, sicut nunc per praeteritam. vi, 46, a-67, a.
Non est inconueniens dicere quod, in sacramento baptismi, virtus sacramentalis sit in qualibet parte aquae, et in qualibet syllaba verborum. vi, 47, a.
Copiosiore gratiam confert baptismus quam conferret circumcisio. vi, 55, a-58, b.
Utrum baptismus et circumcisio differant penes culpam et obligationem poenae? vi, 57, a-62, b et inde.
Quo ordine sunt ablata vel non ablata per baptismum vel circumcisionem tria quae inveniuntur in peccato originali? vi, 62, b.
Baptismus non obligavit ad sui susceptionem, nec cadebat sub praepcepto ante passionem Christi. vi, 66, b.
Baptismus non obligavit ante promulgationem Evangelii. vi, 71, b.
Necesse est eos etiam qui in utero sanctificantur baptizari, sicut et antiquitus circumcidi. vi, 74, a.
Utrum baptismus imprimat characterem? vi, 78, a-87, b et inde-106, a et inde.
Minister baptismi non est causa ultimi effectus baptismi. vi, 98, b.
Baptizari in Christo, et induere Christum, dupliciter. vi, 100, b.
Character baptismi non est potentia activa, sed passiva. vi, 101, a.
Quod baptismus imprimat characterem, non solum dicunt sancti Doctores, sed etiam per Ecclesiam est determinatum. vi, 106, a.

Baptismus, quid sit, secundum Dionysium? vi, 107, a et b.

Ficte etiam accedens ad baptismum characterem suscipit. vi, 107, a-111 b.

Duplex est effectus baptismi. vi, 111, b-114, b-129, a.

Pueri infidelium filii, nondum habentes usum rationis, non sunt baptizandi, invitis parentibus. vi, 113, b.

Omnes parvuli baptizati aequalem effectum per se suscipiunt in baptismo, ex ipso baptismo; non autem aequalem effectum per accedens. vi, 114, b-117, b et inde-125, a et inde.

Recipiens baptismum a malis ministris, ab Ecclesia Dei praecisus per haeresim, vel schisma, vel excommunicationem; extra casum necessitatis, peccat. vi, 115, a-127, a.

Malus minister, baptizans cum solemnitate, quasi minister Ecclesiae, peccat mortaliter. vi, 115, b.

Non licet aquam furto surripere ad baptizandum parvulum in extrema necessitate. vi, 120, b-121, a.

Parvuli infidelium, invitis parentibus baptizati, secundum Capreolam, non recipiunt verum baptismum, scilicet characterem et gratiam; secus secundum Petrum de Palude. vi, 124, b-125, a.

Fictio impedit effectum baptismi. vi, 129, a.

Baptismus ficte susceptus, fictione recedente, effectum suum consequitur. vi, 130, a.

Ordo baptismi ad confirmationem. vi, 134, a.

In baptismo fit condonatio poenae cum perfecta satisfactione et solutione. vi, 109, b.

Qualis sit illa dispositio ad baptismum, quam inducit unctio catechumenorum? vi, 164, b.

Quod baptismus possit dari a non sacerdote, non est propter necessitatem sacramenti, sed quia ejus efficacia est solum ex materia et forma ejus. vi, 501, a.

BEATIFICARE, BEATIFICATIVUM

Solus Deus beatificat creaturam. iii, 290, a.

Deus potest beatificare angelum in primo instanti suae creationis. iii, 356, b.

Utrum ex hoc Deus beatificat quod terminat et efficit visionem creatam? v, 178, b et inde-196, a et inde.

Deus visus beatificat videntem ut praesens realiter, et ut praesens intentionaliter. v, 195, b et inde.

Deus, in quantum beatificativus, est objectum charitatis. v, 354, b-359, b et inde-364, b et inde.

Quid sit beatificativum? v, 359, b-366 a.

Ratio beatificativi est formalis ratio objecti charitatis ex parte diligentis. v, 365, b.

BEATIFICUM

Duplex unio ad beatificum objectum requiritur ad beatitudinem, sed diversimode. i, 83, a.

Actus essentialiter beatificus non est ille quo Deus ultimate attingitur. i, 87, b.

Omnis actus beatificus praeter visionem, beatificam ordinatur ad eam sicut ad finem. i, 87, b.

Experientia propriae libertatis non est sufficiens ratio suspendendi actum beatificum. i, 114, a = vii, 189, a-192, a.

Operatio beatifica dicitur immutabilis tripliciter. vii, 145, a. Objectum beatificum principaliter et immediatius et prius respicit intellectum quam voluntatem. vii, 152, a et inde-158, a et b.

Beatifici objecti ratio communis est ratio summi boni; ratio vero specialis est ratio primi veri. vii, 153, a.

Solus actus est beatificus, proprie loquendo, quo primo attingitur objectum beatificum. vii, 158, a.

Quomodo objectum beatificum est Deus sub ratione summi boni? vii, 158, b.

BEATITUDO

Ad beatitudinem ordinatur theologia aliter quam scientiae naturales. i, 32, a.

Ad beatitudinem tria concurrunt. i, 62, a.

Beatitudo non consistit essentialiter in actu aliquo voluntatis. i, 63, b-68, a et inde-82, b et inde = vii, 145, b-148, a et inde-152 a et inde.

Beatitudo consistit essentialiter in sola visione Dei, in fruitione autem et delectatione non nisi accidentaliter, et per modum sequelae, et complete. i, 63, b et inde-82, b-83, a = vii, 146, b-163, b et inde.

Beatitudo est gaudium de veritate. Quis sensus? i, 64, a = vii, 147, a.

Utrum inter actus non essentialiter pertinentes ad beatitudinem praecipuus sit delectatio de fine habito? i, 71, b et inde-87, a et inde.

Quae consequantur, quaeve antecedant beatitudinem? i, 82, b = vii, 154, b.

Ad beatitudinem requiritur duplex unio ad objectum beatificum, sed diversimode. i, 83, a.

Quomodo delectatio perficiat beatitudinem? i, 83, a et b.

Omnium quae sunt in beatitudine est invenire aliquod cur, seu aliquam rationem finis, visione excepta. i, 84, a.

Aliquid quadrupliciter ab beatitudine requiritur. i, 84, b = vii, 144, a.

In omni nostro appetitu appetitur beatitudo. Quis sensus? i, 98, a et inde = vii, 187, b.

Beatitudo apprehensa sub ratione universalis et communis boni non potest odio haberi. i, 101, b.

Beatitudo dupliciter sumitur. i, 102, b = vii, 147, a.

Qualiter quis beatitudinem appetendo mereatur vel demereatur? i, 111, b.

Beatitudinem Deus necessario dabit perseveranti in gratia et charitate. ii, 87, b.

Beatitudo fuit primum contupitum a diabolo cum primo peccavit. iii, 336, b.

Utrum beatitudinem acquirat angelus per quemlibet actum meritorium? iii, 347, b-360, b.

In appetendo beatitudinem quomodo possit esse meritum et demeritum? iii, 349, b.

In quonam sensu diabolus appetit habere beatitudinem propria virtute? iii, 352, b.

Beatitudinem suam supernaturalem angeli proprie meruerunt. iii, 361, b.

Diversae positiones qualiter ad beatitudinem supernaturalem pervenerit angelus. iii, 362, b.

Beatitudinem ultimam et supernaturalem angelus obtinuit post primum actum quo hanc beatitudinem meruit. iii, 364, a.

Ad beatitudinem similiter ordinantur anima hominis et angelus. iii, 364, b.

Aliquid ordinatur ad beatitudinem dupliciter. iv, 499, a.

Ad beatitudinem requiritur quod Deus immediate terminet visionem. v, 196, a.

Nulla cognitio creaturarum est de substantia beatitudinis, licet aliqua sit de bene esse illius. v, 205, b.

Fidem cum beatitudine simul manere in eodem subjecto est impossibile. v, 332, b.

Beatitudo creata estne objectum proprium gaudii? v, 340, a et inde-343, b et inde.

Nostrae beatitudinis nos non sumus causa, sed Deus. Quis sensus? v, 347, a = vii, 209, a.

A beatitudinibus distinguuntur dona, non sicut habitus ab habitibus, sed sicut habitus ab actibus a se elicitis. v, 421, b.

A principio beatitudinis sui angeli cognoverunt in Verbo quaedam mysteria gratiae. vi, 216, a-217, b.

Principium distinctivum mansionum seu graduum beatitudinis est duplex. vi, 318, b.

Beatitudo humana est actus, et non habitus. vii, 131, b.

Beatitudo humana est actus amensuratus aeternitate. vii, 135, a.
 Utrum beatitudo immediate perficiat essentiam animae? vii, 136, b, in fine-137, a-142, a et inde.
 Utrum ex hoc solo dicatur beatitudo consistere in operatione, quod operatio exhibet obiectum in esse presentiale? vii, 138, a-144, a.
 Quomodo beatitudo recipiatur in essentia animae, et quomodo in potentiis? vii, 142, b.
 Si, per impossibile, intellectiva potentia, in qua est beatitudo, separaretur ab essentia animae, non posset proprie ipsa potentia esse beata. vii, 142, b.
 Non omnis gloria est beatitudo. vii, 143, a.
 Beatitudo, ut obiectum, comparatur ad voluntatem; sed ut actus, ad intellectum. vii, 146, a-152, b.
 Beatitudo consistit essentialiter in actu intellectus. vii, 147, a-150, b et inde-163, a et inde.
 Beatitudo non consistit in operatione intellectus practici, sed speculativi. vii, 147, b.
 Utrum beatitudo formaliter et essentialiter consistat in unica operatione? vii, 150, b et inde-163, a et inde.
 Ad beatitudinem requiritur pax. vii, 163, b.
 In futura beatitudine satiabitur omne desiderium. vii, 164, a.
 Quolibet creatura rationalis naturaliter suam beatitudinem appetit. vii, 166, b.
 Beatitudo ab omni homine desideratur secundum rationem communem beatitudinis, non autem secundum specialem. vii, 167, a-169, a-176, a et inde.
 Beatitudo et ultimus finis a quolibet appetitur necessario quoad specificationem actus, non autem quoad exercitium. vii, 168, a.
 Beatitudo, quantum ad suam rationem communem, includit maiorem perfectionem quam divina visio, non autem secundum rem; ex hoc autem habet beatitudo in communi quod sit per se obiectum voluntatis, non autem divina visio. vii, 176, b.
 Beatitudinem appetunt damnati. Quomodo? vii, 181, b.
 Quicquid voluntas appetit facere, ad beatitudinem ordinat. vii, 187, b.
 Ad hoc quod intellectus possit elicere actum beatitudinis, lumen glorie est necessarium. vii, 208, a, in fine, b.

BEATUS

Beati habebunt duplex gaudium de Deo. i, 73, a-81, b.
 Beatorum gaudium erit plenum. i, 73, a.
 Quomodo, et respectu quorum, sit in beatis notitia intuitiva? i, 82, a.
 Beati vident divinam essentiam totam, sed non proprie totaliter. ii, 422, a = v, 180, a-220, b = vii, 249, b.
 Beati tot vident in Verbo per visionem beatificam in primo instanti suae beatitudinis quot ibidem visuri sunt in aeternum, ita quod nulla sit eis nova revelatio nisi per aliam notitiam a visione Verbi. iii, 284, b et inde = v, 198, b-229, a = vii, 256, b.
 Proportio essentiae divinae ad intellectum beati est sicut proportio formae ad materiam. iii, 308, b et inde.
 Probabile est omnes beatos omnes creaturas cognoscere saltem secundum suas species. iii, 315, a = v, 229, b.
 Causa confirmationis beatorum in bono est duplex. iii, 424, a.
 Etiam si beatus vellet parere Deo per casum de suspendenda visione et fruitione, non invito frueretur. iii, 435, b.
 Stante clara Dei visione, non potest beatus Deum per se odire, secus per accidens. iii, 436, a.
 De modo quo fit confirmatio beatorum in bono, secundum Adam de Goddard. iii, 436, b.
 Cum cognitione rerum in Verbo stat cognitio rerum in proprio genere in beatis. v, 198, a-227, b et inde.

Beatus qui imperfectius videt Deum quam alius, non propter hoc videt rem aliter quam est; nec propter hoc est aliquid in Deo quod non videat. v, 202, b.
 Non fuit beatus simpliciter, sed secundum quid, sanctus Paulus, licet viderit divinam essentiam. v, 205, a = vii, 218, a.
 Divina essentia supplet vicem habitus in intellectu beati. Quis sensus? v, 205, b.
 Scientia beatorum naturalis potest augeri usque ad diem iudicii, et non ultra. v, 207, a.
 Nullus beatus, excepto Christo, cognoscit simpliciter omnia quae sunt, erunt et fuerunt. v, 209, a et inde.
 Utrum intellectus creatus beatus possit aliquid cogitare praeter Verbum? v, 214, b et inde-225, a et inde.
 Quare unus beatus plura videt in Verbo quam alius? v, 221, b-229, a.
 Beatorum non est quis ex cognitione creaturarum in Verbo, sed ex perfectioni cognitione Verbi. v, 222, a.
 Beatus simul videt quaecumque videt in Verbo. v, 222, b-228, b.
 Virtute visionis beatificae potest intellectus beatus formare enuntiationes. v, 226, a.
 Quomodo in beatis sint passionem? v, 256, a.
 Quomodo beatorum scientia sit certior vel non certior fide nostra? v, 337, a.
 Beati proximius, immediatius et perfectius delectantur de Deo quam de visione Dei. v, 344, b-347, a.
 Beati, post resurrectionem, poterunt intelligere convertendo et non convertendo se ad phantasmata, prout eis placuerit. v, 383, a.
 Beati in patria non loquentur variis linguis; poterunt tamen loqui, si voluerint. v, 383, a.
 Ex divina praedestinatione plures beati habebunt aequalem sibi in gloria non solum hominem, sed etiam angelum, et contrarium est erroneum. vi, 125, a et b.
 Oculis corporeis beatorum videbit divinam essentiam sicut sensibile per accidens. vi, 214, a.
 Beati in Verbo vident res contentas in sacramentis. vi, 214, b et inde.
 Beatorum corpora erunt subtilia propter plenum dominium animae supra corpus, ut ipsum perfecte informat, et propter aliquam formam ei inhaerentem, quae dicitur dos subtilitatis. vii, 73, b.
 Beatorum corpora, si transirent per ignem, immutarentur quidem secundum tactum; non tamen affligerentur. vii, 104, b.
 Beati vident in Verbo orationes vocales eis directas, et orationes mentales ac cogitationes eorum qui sibi afficiuntur. vii, 119, a et b.
 Natura intellectualis, dato quod habeat beatitudinem per intellectum, qui est accidens ejus, non tamen dicitur beata per accidens. vii, 137, a-142, b.
 Creatura non fit beata per simplicem illapsus Dei in animam. vii, 143, a et b.
 Novae revelationes quae fiunt beatis, non fiunt in eis formaliter per visionem Verbi. vii, 256, b.

BENEFICENTIA, BENEVOLENTIA

Benevolentiae amor est distinctus ab amore concupiscentiae. v, 197, b.
 Beneficentia et Benevolentia, quid important? v, 356, a.

BONITAS

Bonitas et bonum in omni creatura differunt realiter. i, 178, b in fine-179, a et inde-180, b.
 Bonitas et veritas rei create distinguuntur realiter; bonum autem et verum sola ratione. i, 181, a-183, b-186, b et inde.
 Utrum bonitas sit aliud ab entitate rei? i, 183, a et b-185, b.

Quomodo bonitas rei denominetur bona? i, 187, a.
 Nulla creatura est sua bonitas, seu nulla est bona per essentiam suam. Quis sensus? i, 187, b.
 Bonitas non inest omni rei et omni rationi per se et precise sumptae. i, 187, b.
 Triplex bonitatis gradus est in actu morali. ii, 82, b.
 Bonitas creaturae accidentaliter potest augeri, non autem essentialiter. ii, 137, a.
 Bonitas alicujus rei est duplex. ii, 539, b.
 Utrum bonitas universi tanta esset quanta est hodie, si partes aliquae meliorarentur, aliis non melioratis? ii, 540, a-551, a et inde-560, b.
 Bonitas actus exterioris sumitur ex duobus. iv, 416, b.
 Bonitas actus, in quantum actus, in quo consistat? iv, 429, b.
 Unde sumatur bonitas in actibus humanis? iv, 430, a et b.
 Bonitas moralis unde inest actui? iv, 459, a et b-487, a.
 Ad bonitatem moralem cujuscunque actus non requiritur relatio ejus in Deum actualis aut habitualis. iv, 470, a et inde.
 Aliquam bonitatem addit actus exterior super actum interiorem precise sumptum. iv, 476, a.
 Bonitas actus exterioris redundat in interiorem, et econtra. iv, 484, a.
 In bonitate est simpliciter potior actus quam habitus. vii, 141, b.

BONUM

Bonum tripliciter respicit potentiam appetitivam. i, 73, b-76, b.
 Boni praesentia requiritur ad gaudium et delectationem. In quonam sensu? i, 74, a et b.
 Illud est magis bonum, cui opponitur majus malum. Quis sensus? i, 86, b et inde = vii, 161, b.
 Ratio boni, quae? i, 132, b et inde-188, a = iv, 384, b.
 Bonum est passio entis. Quomodo? i, 143, b.
 Bonum et bonitas in omni creatura differunt realiter. i, 178, b in fine-179, a et inde-180, b.
 Non sequitur: *Res est bona per aliud a se, et illud est bonum, ergo per aliud in infinitum*. i, 180, b-187, a.
 Bonum, verum et unum, in rebus creatis, distinguuntur ratione. i, 181, a-183, b-187, b.
 Utrum ratio boni sit ratio appetibilis? i, 184, b-188, b = iv, 383, a-387, b.
 Utrum bonum habeat rationem finis? i, 184, b-189, a.
 Nullum ens creatum, est bonum aut appetibile per essentiam. i, 185, b.
 Bonum convertitur cum ente; nec est inferius aut superius ad ens. Quis sensus? i, 186, a = iv, 381, a.
 Respectus rationis non est de intranea ratione boni aut veri, quasi res habeat bonitatem aut veritatem ab intellectu; sed requiritur ad hoc quod res intelligatur aut bona aut vera. i, 187, b et inde.
 Ista est per se in primo modo: *Bonum est appetibile*; nec est simile de colore respectu visus, et de bono respectu voluntatis. i, 188, a.
 Bonum non dicitur aequae de fine et de his quae sunt ad finem; nec univoce dividitur in honestum, utile et delectabile. i, 189, a.
 Bonum in sua ratione claudit formaliter respectum, nec est mere absolutum; et, non obstante respectu rationis quem importat, dicit perfectionem simpliciter. i, 401, b-402, a = iv, 379, a et inde.
 Licet bonum addat respectum rationis super essentiam, non tamen sequitur quod essentia dicatur bona per respectum rationis. i, 403, b.
 Ad bonum universi diversa diversimode ordinantur. ii, 431, b-438, a.
 Bonum universi est duplex. ii, 539, b et inde = iii, 205, b.
 Bonum est causa per accidens mali. iii, 348, b = iv, 391, b.

Bona naturalia in daemone manserunt integra, et tamen depravata. In quo sensu? iii, 445, b et inde.
 Bonum est multiplex, sicut et finis. iv, 301, b-471, a.
 Quid addat bonum super ens? iv, 379, b et inde.
 Bonum importat respectum ad appetitum. iv, 380, b.
 Utrum sub ratione boni velit voluntas creata quidquid velit? iv, 382, b-387, b.
 Utrum bonum convertatur essentialiter cum ente? iv, 383, a et inde-388, a et inde.
 Bonum est relativum secundum dici; similiter perfectio et perfectibile. iv, 384, b.
 Bonum dicitur analogice de bono Dei et de bono creaturae. iv, 386, a.
 In quonam sensu appetibilitas est de ratione boni? iv, 387, b et inde.
 Ratio boni non est pure realis, aut pure non realis, sed medio modo. iv, 388, b.
 Bonum non praedicatur proprie in quid de omnibus de quibus ens praedicatur in quid. iv, 388, b.
 Quoddam bonum totaliter per malum tollitur; quoddam nullo modo; quoddam diminuitur, sed non totaliter tollitur. iv, 392, b.
 Bonum naturae diminuitur a quolibet peccato. iv, 393, a-399, b.
 Bonum et malum sunt in rebus, verum et falsum in intellectu. Quis sensus? iv, 448, a.
 Bonum et malum quomodo opponantur? iv, 460, b et inde.
 Non eodem modo aliquid dicitur ens simpliciter et bonum simpliciter. v, 122, b.
 Aliquod bonum particulare unius aliquando majus est quam bonum universale universi. v, 139, b.
 Omnia sunt fienda propter bonum creatum. Quis sensus? v, 197, b.
 Non idem considerant pro ultimo bono philosophus et theologus. v, 314, b.
 Unumquodque est bonum bonitate divina. Quis sensus? v, 347, b.
 Bonum, non vero ens, est objectum voluntatis. v, 366, b.
 Bonum creaturae potius salvatur in Deo quam in seipsa. v, 367, b.
 Bonum hominis est multiplex. v, 390, b.
 Aliquod bonum potest dupliciter excedere proportionem voluntatis. v, 397, b.
 Quae bona peccatum originale tollat ab anima? vi, 61, a.
 Sunt aliqua bona excusantia matrimonium: scilicet proles, fides, et sacramentum. vi, 505, a.
 Bona et justa, si formaliter sumantur, semper et ubique sunt eadem; secus si materialiter. vi, 537, a.
 Bonum comparatur ad intellectum ut objectum materiale et terminativum; sed verum, ut formale et motivum. Ad voluntatem autem econtra. vii, 153, a.

BRUTUM

In brutis non est consensus. i, 89, b.
 Bruta animalia non proprie fruuntur. i, 106, a.
 Cur brutum determinetur ad unum in appetibilibus, non autem homo? ii, 441, a.
 Quare bruta non habeant dominium sui actus? iii, 399, a.
 Nutritio, in brutis, in quibus non assimilatur nutritioni hominis? iv, 103, b.
 In brutis est relatio paternitatis et filiationis. v, 129, b-135, b.
 Unde est quod bruta secundum se non delectantur in sensibilibus aliorum sensuum a tactu, sed solum in ordine ad ipsum tactum. v, 240, a.
 Unde habeant bruta motus interiores et exteriores similes motibus rationis? v, 241, b.
 Qualiter in brutis sint vel non sint habitus? v, 304, b.